

1598.

Dargelzer, Petrus : De obligatione[et] ius, quae queri
ex contractis nascuntur et se modis tollerantur
abligationum.

1603.

Stephani, Matthias : Disputationes continens reprehensionem
sanctorum I. ab. vim de jure et. iur. -

1629.

Gerschner, Fridericus : De commodato .

1636.

Mervius, David : De Controversiae juris patrimonii
ex materia iuris ciuium, contractuum et libitorum
disputatio.

1637.

Westphal, Andreus : De Serenissimum Vacum Proses-
siae mortis in rem librariam dissolut

1649.

Hypmannus, Fransius : De refundariis et eorum
affinis in legendis actis . Rec. 1729

1650.

Volschorius, Fransius : De cessione banorum .

1651.

1. Volschorius, Fransius : De restituzione gladiorum

2. Volschorius, Fransius : De contractu et distracta
iponsaliorum .

1653.

Pommerstein, Frans : De consecratione princi-
pium . 1.

1654.

1. Pommerstein, Frans : De consecratione principium . 2.

2. Pommerstein, Frans : De ancolitate principis

1653

Friedrich, Constant. N. matris

1654

1. Pommeresheim, Joannes : Progymn., quo . . .
et inaugaralem : De mariti in proprio mulieris patri-
monio constituto jure, dissertationem . . .
Raphaelle Brichio . . . pro licentia supremo
in utraque jure honoris officiandi laborandam . . .
invitata.

2. Pommeresheim, Joannes : De mariti in proprio mulieris
patrimonio constituto jure.

3. Pommeresheim, Joannes : N. iure commentatio.

1654,

2. 1. Engelhardt, Georgius : De maleficiis et malherribus
2. Engelhardt, Georgius : N. postliminio.

1665.

7241

1. Pomerostius, Zaneus : De perjuria ejusq. poene.
2. Pomerostius, Zaneus : Programma, quo T. T. Pomer
esthius, Fac. iur. decanus : . . . et dissertationem
in angulari . . . de perjuria, a . . . Friderico
Antoniu . . . pro consequentiis . . . in abrogue
jure honoribus . . . intentat.
3. Pomerostius, Zaneus : De fuchi bus ex re aliena
perceptis .
4. Pomerostius, Zaneus, Facult. juri. decanus : Programma
quo . . . et his . in ang . . . de fuchi bus ex re aliena
perceptis . . . Petru Marcon . . . pro con-
sequentiis . . . in abrogue jure . . . privilegiis . . .
habendum intentat.

**DE SERENISSIMORUM
DUCUM POMERA-
NIÆ MERITIS
IN REM LITERARIAM**

DISSERENT
PRÆSES
ANDREAS WESTPHAL,
PROF. PHIL. ORD.,

AUGUSTINUS BALTHASAR,
GRYPHISWALDENSIS,
ANNO MDCC XXIII. DIE X. MARTH,

BOGISLAI XIV.,
MUNIFICENTISSIMI ACADEMIÆ GRYPHILCÆ PATRONI,
QVI
ANNO MDC XXXVII.
DIE,
QVEM DIXIMUS,
VITAM AC FAMILIAM CLAUSIT.

**ANTECESSORUM GLORIOSISSIMORUM
MEMORIAM**
RELIQVORUMQUE
PIA, DEVOTA AC VENERABUNDA
MENTE
INSTAURATURI.

GRYPHISWALDIE, Typis C. HOEPFNERI, R. A. T.



VIRIS

EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
DOCTISSIMISQUE

DN. DN. AVUNCULIS

Dn. HENNINGIO JOACHIMO
GERDESIO,

Summi Tribunalis, quod est Wismariae, Secretario
fidelissimo, meritissimo,

Dn. PHIL. BALTHAS. GERDESIO,
J.U.D., ejusdemque Prof. in Acad. Gryphica celeberrimo,
Regii Consistorii Assessori gravissimo:

NEC NON
PROXIMO AB HIS COGNATIONIS VINCULO
SECUM CONJUNCTIS

Dn. HENNING. CHRISTOPIL
GERDESIO,

J.U.D., ejusdemque Prof. de hac Academia meritissimo,
ac Regii Judicij Eccles. Directori gravissimo, dexterissimo,

Dn. DAVIDI GERDESIO,
Jcto famigeratissimo, Syndico de hacce civitate egregium
prorsus in modum merenti,

Cognatis & affinibus suis, quos Deus T.O.M.
in iudiorum suorum incrementum ulterius diu
jospites & incolumes esse jubeat,
Hoc quicquid est Literarum munus
cum devoti animi, ac subjecti cultus monumentum
sacrum dicatumque offere

Nominum tantorum
indefessus Cultor
A. BALTHASAR.



DE
DUCUM POMERANIAE
MERITIS IN REM LITERARIAM.



§. I.

Ui in rerum civilium contemplatione attente studioseque defixos habuit oculos, is ex earum indole rite colligeret, quod publica res universa regatur Prudentia & Arte, hæcque in primis validissimum ac firmissimum statutus publici munimentum, & belli & pacis temporibus, sustineat. Omnibus enim subductis rationibus, qua ad hancce rem facere videntur, apparbit, quod vitæ civilis justa mensura sine mutuis officiis, animi cultu, morum probitate, neutiquam queat adimpleri, nihilque ad conservandum societatis humanæ vinculum sic fortius, quam Academiarum ac Scholarum constitutio, in quibus quippe Mortaliū animi ad acriorem Virtutum, quas modo diximus, sensum inflammati, ab asperis, horridis & feris moribus ad vitam emendatiorem, & ab ignorantia ad humanitatis cultum, variamque doctrinam, nec non placita, statui civitatis, Principumque rationibus consentanea, traducantur, quo tandem aliquando non habeat solum Respublica, quorum fidei negotia civilia & Ecclesiastica tuto queant imponi, sed etiam reliqui, qui eo adspirare non valet, ad placidam

A 2

cidam

cidam ac tranquillam cum aliis vitam colendam mature componantur formenturque. Beatae enim celebrandæ sunt Res-publicæ, ubi ad mansuetiorem vitam, eaque, quæ ad vitæ ci-vilis decus & ornamentum majus faciunt, mortales per inge-nii cultum adducuntur. Dum igitur nullæ omnino vitæ hu-manæ partes possunt fangi, quæ Literarum lumine non illu-strentur, omnesque felicitatis partes in statum confluunt publicum, si sapientia cuncta direxerit, Religio vigeat floreatq; (quam nemo rite inculcabit, nisi doctrinæ præficiis fuerit in-structus) ac demum legum auctoritas sarta teclaque conser-vetur, (id quod solida & erudita scientia, genuinum singu-larum LL. sensum, nec non involuta eorum dogmata evolvens, præstat) exigunt officii ratio, postular publicæ salutis cura a Principibus, ut literarum studia in sinu ac gremio suo quam liberalissime foveant. Consideres porro, quanti, quamque incredibiles fructus ex Artis salutaris doctrina, Physica, Ma-thesi, aliisque artibus, ad vitæ humanae commoda amplifi-canda attemperatis, in statum civitatis promanent; prout eundo per singulas rerum classes, evictum ac comprobatum dedi in *Dissertatione de Incrementis regionum & urbium promovendis*. Est hoc denique literarum munus ac beneficium, ut maximum conferant momentum ad Imperiorum, Regnorumque diuturnam conservationem pariter ac stabilitatem: In illustrissimo hic situm est loco Imperium Romanum, tanta finium magni-tudine, gloria victoriarum, administrationis prudentia condecoratum. Sunt equidem, qui omne illud, quicquid Ro-maris in finium suorum amplitudine munienda evenit pro-speri, armorum peritiæ ac præsidio referunt acceptum: At illi, qui seria justaque aestimatione indolem Imperii hujus prosecuti sunt, recte posuerunt calculum, gloriam hancce non solis armis vindicandam, sed literarum quoque studia in magnitudinis Romanæ, ad tam augustum culmen perduciæ, & per tot secula in sua sede immotæ, admittenda esse con-fortium. Liberalibus enim disciplinis hæc debent Romani, ut ex iis hauserint rationes, Gentes illas, quibus servitutis impo-

IN REM LITERARIAM.

imposuerant jugum, consilio regendi, impetusque earum ferociae præservidos justa cautione temperandi. Huic quidem negotio felicius expediendo recte præ aliis destinabant literas, ac cultum earum, morum quippe asperitatem propellentium, spiritusque insolentissimos contundentium, Gentibus, ad quas arma illorum viætricia penetraverant, injungebant. Quare & sapientissimi illi civitatum moderatores Romani in provinciis suis, utpote in Gallia, Hispania, Britannia, & alibi, litterarum & bonarum artium sedes sollicite constituerunt, ut cum amore literarum amorem sui simul instillarent. Quid si e contrario Academæ fuerint sublatæ, ac Scholæ evertæ, sua sponte subsequetur turpis ignorantia, malitia & impietas detestanda, imo rationis usus abjicitur. Ceterum nolo prolixius eruditio[n]is causam perorare, neque habitu[m] ejusdem ad vitam civilem plurimis delineare, postquam argumentum hocce industria JOH BARBEYRACH in peculiari Oratione, exhibente Discours sur l'utilité des lettres & des sciences par rapport au bien de l'Etat, jam occupavit.

S. II.

Quæ cum ita fere habeant, lætissima ac florentissima de-
sum facies inducitur litteris, si ipsi rerum civilium modera-
tores eruditio[n]is laude emineant, gloriā per literarum stu-
dia adfēdent, Musas foveant, ornent, & in majus illustriusque
promoveant. Eiusmodi Principum beneficiis atq[ue] exemplis
ingenia ad res præclaræ gerendas ascenduntur, ac stimulis
quasi vehementioribus acuuntur. Est enim hæc mortalium
indoles, ut Principes, quosve in sublimiori gradu Numinis
favor collocavit, privatæ sortis homines sequantur. Quid si
iidem petet suum sapientiae studiis impleverint, rapiant plu-
rimos in sui admirationem imitationemque. Torpent con-
tra & prostrata jacent literæ, prout experientia abunde facie-
testatum, si Principes inveniantur a studiis alienissimi, vel iis
non justum statuentes pretium. Seculis proinde superioribus
cum post renatas literas Principes, Musarum amore capti,
tihil inexpertum atque intentatum omitterent in incremen-
tis

DE DUCUM POMERANIE MERITIS

tis literariis amplificandis, Divino prorsus eveniebat consilio, ut literarum studia sat commemorandas passa vicissitudines, ad augustum perducerentur statum, & splendoris sui radios brevi temporis spatio totam per Europam projicerent.

S. III.

Hæc omnia efficiunt, ut felicissimas illas deprædicem Respublicas, quæ omnes artes, studiaque illustria, tanquam firmissima status civilis fulcra, in sinu suo nutritum aluntque, & quæ naucte insuper sunt Principem, qui animum suum per scientias, Reipublicæ administrandæ necessarias ac proficias, circumculit. Amplissimus campus sese hic pandit, verbis, quæ haec tenus pro literarum gloria fecimus, e reconditis Histotiarum monumentis lumen adsundendi. At enim vero Divini illi Heroës & Duces Pomeranæ M. G. & Serenissimi anno nostro obversantur, exempla quippe omnium seculorum commemoratione digna suggestentes. Sane nominis sui gloriam aeternaturam in aleidis pietatis studiis, in Scholis illustrioribus condendis, in statuendis præmiis literariis positam esse, recte censuerunt, nihil inde in omni omnino vita omittentes, quod ad agendam pietatis causam, & rem literariam iuvandam ornandamque facere videbatur, validissimis verum argumentis convicti, vim inde ponderosissimam ad Respublicas firmandas ac stabiliendas accedere. Meritorum eorum, quæ Duces Pomeranæ in rem literariam extare voluerunt prorsus eximia, hodieque in omnium hærent oculis, magnitudinem, nullis certe racendam seculis, ac voluntatem Eorum in literas indulgentissimam, qui serio recolit, secumq; volvit, quibusnam verbis laudes illorum, sortis communis terminos longius excedentium, debite consequetur, aut quibus dictis facta æquabit? Nam si ulla Gens illustrior virtutum, quibus effulgit, gloria sese potest efferre, est sane Pomeranica, naturam in tribuendis animi dotibus adeo fautricem experta, ut plurimis palmam præripiat, vel saltem dubiam reddat. Cum igitur cultus subjectissimi honor nobis tantummodo fuerit relictus, devoꝝ mentis impetu in Serenissimos quoniam

IN REM LITERARIAM.

7

dam Pomeraniae Principes abrepti, venerabundi statuimus
qualecunque hocce pietatis intensissimae monumentum in-
dēm collocare atque erigere, ac sancta fidelique memoria cu-
stodire beneficia, quorum rivuli hodieque in Pomeraniam
derivantur cumulatissime. Ibit hinc in literas, in fastos, in
secula, beatissimae recordationis Principum nomen ac gloria.
Nolo jam in laudes eorum omnes excurrere, cum sint plu-
rima, quibus suo jure possint superbire, sive celsissimae men-
tis indolem, qua luculentissimas pietatis ac gratiae suae dede-
runt significaciones, sive antiquitatem ac splendorem generis,
affinitatesque per Cætareas, Regias, ac Serenisimas Princi-
pum familias, latius diffusas, spectaveris. Sed praesens haec
Commentatio Academica iis spatii erit circumscribenda, ut
tantummodo meritorum Literariorum, quibus Duces hi Se-
renissimi ad immortale nominis decus contenderunt, habeat
gationem.

§. IV.

Antequam reliquiæ cultus idololatrici sat crassi, cui Slavi,
Pomeraniae quondam habitatores, ad iniuriam usque perti-
nacius dediti erant, penitus extinguebantur ac delebantur,
horrida & inculta barbaries, publicaque ingeniorum lues ni-
mium diu huic regioni incubuerat, armorumque studium,
quo Slavi incitati erant, omnes fere artes foedissimo mulca-
verat exilio. Hi enim, postquam Sveorum ac Vandalorum
vacuas sedes ab anno 550. usque ad annum 600. paulatim oc-
cupaverant, a primis ætatis annis in belli profusi studia, &
hinc nunquam non in armis, cœribus, rapinis, omnique
immanitate (cujus in Christianorum præsertim terris sat tri-
stia reliquerunt vestigia, in eas impetus fuos furentes ac vio-
lentos sacerdos convertentes) verfati, nominis sui gloriam
non in ingenii, sed fortitudinis laude quærebant, a man-
suetiorum literarum cultu longius remoti. Quale proinde
suffugium ab ea gente sibi præbendum eadem possunt spon-
dere, quæ adeo in transversum rapitur, ut fortitudinem ve-
nustarum artium cognitione impediri, inepte sibi persuadeat?

In-

Interim tamen natura non omnino Slavos ab aliqua virtutum, hospitalitatis in primis & fidei in suos admodum conspicuæ, admitione se junxerat, quas commendavit HELMOLDUS in Chron. Slavorum; CRAMERUS in den. Poemrischen Kirchen-Chronico; KANTZOVIVS in Chron. Pomer. MSto.; GEBHARDI in Disput. de Wineta. Sunt etiam, ne quid dissimilem, qui existimant, inter densissimas illas tenebras, quibus Slavi fuerunt circumfusi, minora quædam scientiarum lumina apparuisse: Quare etiam sapientæ domicilia celebrantur, quæ Wineta & Demini pro illorum temporum captu fuerint condita. In primis autem ANDREAS GODOFREDUS AMMON statum illum, qui tunc forte Wineta & Julini obtinuerit, his verbis sibi sumit repræsentandum in Historia Pomerania Pedagogica: Accedit, quod, cum postea ipse locorum suis ad mercaturam has gentes videretur allicere, & duo quondam vicina exsfruerentur, celebrata illa a variis nationibus emporia, WINETA & JULINUM, hodie quidem vel in ruderibus magnam partem, vel sub aquis jacentia; non potuit non mitescere ingenium Gentis ferociæ, & humanitati adfoveri, cum videtur variarum ritus & instituta gentium, earundemque linguae, legendi, scribendi, suppandiique, & alias artes commercii instituendi causa addiscere. His ergo rebus tum videtur potissimum informata bis locis juvenus, iisque preparata avibus, que ad opes & necessaria huic vita adminicula conducerent. Quia animum perficerent, non nimio tum estimata suspiccamur, & ignotis illis nullam aut certe exiguum fuisse cupidinem. Addatur ipsi HENRICI SCHMIDII Brandenburgische Kirchen- und Reformations-Historie/ p. 27., ubi sacerdotibus eorum non contemnendam Astrologiæ, Medicinæ, Philosophiæ ac lingvarum cognitionem assertere non dubitat. Ceterum gentis hujus vana atque inanis supersticio pariter ac idolatria, quæ gravissimum servientis jugum ingenii injiciunt, opprimunt animos, omnem rationis usum adimunt, & in ignorantia præsidium collocant, ad credendum nos invitant, studia illa, quæ modo diximus, vix primum apud Slavos attigisse gradum, institutaque Gentis hujus, si quæ fuerint, Scholaistica non suffecisse barbariei, quæ tam altas egerat radices, e sua sede ejiciendæ. Non est, quod

quod hæcce diutius nos occupatos teneant, cum annalium fides hic laboret, Venedique res a se gestas in literas ac tabulas referre omnino neglexerint, sint & obscuriora, vel in meras abeant conjecturas, quæ de eorum doctrina in medium solent proferri.

§. V.

Sidus vero magis benignum rebus Pomeranæ ab eo tempore cœpit adfulgere, quo OTTO, Episcopus Bambergensis, primus Ecclesiae Pomeranæ plantator, atque hinc gentis nostræ Apostolus dictus, vano Deorum cultu extirpato, Pomeranos e spissis & crassis errorum impietatumque gentilium tenebris ad veritatis cœlestis, labé tamen Pontificiæ superstitionis, quæ horum temporum erat infelicitas, commulatae, cognitionem Seculo XII. traduxit, religionisque Christianæ radiis eorum mentes collustravit, postquam variis casibus ac periculis gravioribus defunctus, opeque & consilio BOLESLAI, Regis Poloniae, ac Ducum Pomeranie WARTISLAI I. & RATIBORI I., qui e Principibus nostris primi omnium Christo dederunt nomen, fuerat adjutus. Et quamvis varii Imperatores, puta HENRICUS, OTTO I. II. & III. omni in eo contentione elaborassent, ut ferocia Slavorum pectora scitis doctrinæ cœlestis imbuerentur, barbariesq; inveterata ex eorum moribus profligaretur, vanæ tamen religionis persuasio ita eosdem excæcaverat, ut ultima etiam pro tempio idolorum suorum cultu tentare haud recusarent, quid? quod obstinate magis ac magis inducerent. Mutata vero jam Pomerania per lucem Evangelii accensam, mutati quoque sunt homines, dum illis, haec tenus ab artium cultu alienissimis, pro inscita intellectus, ac pro barbarie reddebaratur humanitas. Sat memoranda vero rerum conversio maxime est infœcta, habitusque elegantior Pomeranæ fuit inductus, cum exente Seculo XII. Saxones, a quibus hodierni incolæ suam trahunt originem, huc fortunarum suarum sedem transferrent, a Duciis BOGISLAO II. & CASIMIRO II. invitati, ut terra hæc cultu & aspectu tristis, totq; bellorum casibus concussa, ac civibus plane exhausta, post excidium renasceretur resurgeretq;

B

§. VI.

§. VI.

Postquam igitur, favente Summi Numinis gratia, ab oculis Pomeranorum gentilis illa caligo erat dispulsa, optimi Principes omnes cogitationes, consiliaque omnia in id convertebant, ut sparsa doctrinæ sanctioris lumen lætius efflorescerent, ac simul cum eadem artium liberalium studia ad feraces ilorum animos mitigandos, spiritusque insolentissimos eo felicius contundendos, inveherentur. Religio itaque & literæ ut firmas stabilesque in Pomerania haberent sedes, ac juvenes, qui aliquando rem sacram & publicam administraturi essent, recte fingerentur, auctore & svasore Ottone, non solum anno 1128. Episcopatus Julini, postmodum obcrebras Danorum irruptiones Caminum translatus, constituebatur, Religionis Christianæ contra Diaboli pravas machinationes, & impietatis Gentilis insultus firmandæ gratia, sed Duces etiam, pio fervore ac studio abrepti, varia Monasteria, quæ juxta illorum quidem temporum mores sedes Musarum, artiumque officinae esse debebant, per universam Pomeraniam, nulla sumtuum habita ratione, condebat, conditaque bonis amplissimis instruebant & ornabant, ut juventutis formandas, & optimis literarum studiis enurriendas essent dicatae consecrataque. Cujus quidem pietatis, ex illorum Seculorum genio commendatissimæ, laude, quam maxime eminuit RATIBORUS I., BOGISLAUS I. & II., CASIMIRUS I. & II., WARTISLAUS II. & IV., SUBISLAUS, SAMBORUS, SVANTIPOLCUS III., MESTOVINUS, BARNIMUS I., II. & III., & OTTO I.: Principes quoque Rugiæ, utpote JAROMARUS, WITZLAUS & BARNUTA, varia devoti sui animi ediderunt argumenta. Sicut etiara Comes Gützkoviensis JACZEKENUS, Gryphiswaldiæ construxi Monasterium Franciscanorum, ut dormitorium hereditaris illis Comitiis præberet. Cum igitur in hocce studio excederent Principes, vita insuper Monachorum, singularis sanctitatis colorum mentita, adeo excitarentur, ut munificentiae suæ vix modum capere valerent, ex eadem uberrimus fœse protulit Monasteri-

nasteriorum proventus, ut iis, tēu quadam mole, quæ Ducum ac civium rem familiarem sat graviter adfligebat premebatq;. Pomerania laboraret; vid. CRAMERUS Lib. II. p. 113. Certe non adeo multos Germaniæ Principes offendes, qui tot tantisque devotionis Christianæ monumentis nominis sui famam perpetuam posteritati commendarent.

§. VII.

Inter Pomeraniae Cœnobia, quæ Monachis BENE-DICTINIS, CISTERCIENSIBUS, (quorum initia ab illis profluxerunt) PRÆMONSTRATENSIBUS, EREMITIS, DOMINICANIS, FRANCISCANIS, AUGUSTINIANIS, CARTHUSIANIS, CARMELITIS, atque ANTONIANIS, ad invidiam usque erant impleta, caput in primis erexit (I.) STOLPENSE, e ruderibus suis ad Panim fluvium ægre adhuc cognoscendum, cuius origines Vir Cl. CHRISTIANUS SCHOETTGENIUS in peculiari Programmate, Stargardiae anno 1720. divulgato, investigavit; (II.) HILDENSE, cuius fundatio primordia rerum Pomeranicarum Scriptores in diversas rapiunt partes, ut dubio mentis judicio fluent, utrum CASIMIRO II. & BOGISLAO II., Pomeraniae Ducibus, an vero JAROMARO, Principi Rugiæ, honor primæ foundationis sit afferendus; At indubia antiquitatum Pomeranicarum monumenta pro Hoc quidem faciunt, ita tamen, ut neque Illi sua sint defraudandi laude, prout alio tempore in peculiari Commentatione, Historiam hujus Monasterii e Diplomatū fide expositura, uberioris dabo evictum. Hoc loco minime est prætereunda innocentia, eruditio, & prudentia, quibus hujus Cœnobii Monachi præ ceteris fese reddiderunt commendabiles: (III.) PUDGLAVENSE, cuius sedes initio Grobæ fuerat fixa: (IV.) BELBUCCENSE: (V.) COLBACENSE: (VI.) OLIVENSE: (VII.) CAMPENSE, a Principe Rugiæ WITZLAO conditum, & ex Archi-Episcopatus Coloniensis Cœnobio Alten-Campe, tanquam primo & perpetuo suo seminario eductum, teste ZASTROVIO in Chronico MSS.; Huic postmodum in usus seculares converso nomen Frantzburgi fuit impostum: (VIII.) HIDDENSENSE in Rugia. Reliquis, quorum insignis multitudo, si quidem

DE DUCUM POMER. MERITIS

summam hactenus dictorum, ac Monialium cœnobia adjectis, ad numerum LI. excrevit, recensendis superfedeo, cum hac opera jam fuerit defunctus CRAMERUS l. c. Lib. II.; MICRAZIUS passim in *Historia Pomeraniae*; RANGO in *Pomerania Diplomatica*; EIKSTEDIUS in *Annalibus Pomer. MSS.*, & in *Epit. Annal. MSS.*; ENGELBRECHTIUS in *Chron. Pomer. MSS.*; AMMON l. c., & deniq; Cl. Vir CHRISTOPH. PYLIUS in *Fauſino reduce p. 24. seqq.* Soli urbi Bardensi præ ceteris Pomeranie civitatibus hæc contigit felicitas, ut, literis JAROMARI publicis munira, contra Monachorum calliditatem sibi circumposuerit præsidium, onusque cœnobiorum a cervicibus suis removerit.

§. VIII.

Sepositis vero Monasteriis, accedimus porro ad alia instituta, quæ ad rem Scholaſticam in Pomerania amplificandam erant comparata. Floruit iis præ ceteris Pomeraniae civitatibus SEDINUM, suo indejure optimarum disciplinarum hospitium dicendum. Primum inter hæc locum sibi vindicat ECCLESIA COLLEGIATA MARIANA, e Parochiali in hanc formam a BARNIMO I. anno 1261. conversa, ac seminario quodam adauita, ut in eodem juventus studioſa sapientiae fontibus irrigaretur. Accessit dehinc altera ECCLESIA COLLEGIATA, a BARNIMO III. anno 1346. excitata, & honoribus ac memoriæ S. OTTONIS, primi illius Pomeranorum conversionis statoris, consecrata, inque eo loco posita, quem hodie quidem templum Arcis, a Duce Johanne Friderico exstructum, occupat. Adjunctum illud olim Ecclesiæ Marianæ Seminarium, postquam utriusque Ecclesiæ provenitus in unum abiarent corpus, postmodum Seculo XVI. fundamenta Pædagogio Stetinesi præbuit, prout infra pluribus edocebitur. Consulas hic omnino JOH PHILIPPI PALTHENI *Historiam Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai Gryphiswaldensis*, p. 14.; GEORGII ADOLPHI CAROCH Nachricht / wie es in Pommern zur Zeit der Reformation mit der allgemeinen und publicken Abschaffung des Päblichen Kirchen-Besessens eigentlich bewandt gewesen / p. 18. & 19.; FRIDEBORNII *Historische Beschreibung der Stadt Stettin* / Lib. I. p. 42. & 43., nec non ejus-

ejusdem Descriptionem urbis Stetinensis; CRAMERUM l. c. Lib. II. p. 34.
 Cum autem Schola illa Marianæ omnem civitatis juventutem
 non caperet, Senatus Stetinensis auctoritate novum Semina-
 rium, impetrato anno 1390. per Diaconos Aedis Jacobæ Pri-
 vilegio BONIFACII IX., Pontificis Romani, (cujus fecit co-
 piam FRIDEBORNIUS l. c. Lib. I. p. 63.) ad templum D. Jacobi fuit
 constitutum, quamvis Præpositus, Decanus & reliqui Canonici
 Ecclesiæ Collegiate Marianæ consiliis hisce obicem ponere ve-
 hementius contulerent. Eisdem post instaurati Evangelii
 tempora Alborum Monachorum cœnobium, quod paulo an-
 tequam expulsi sunt, cœperunt extruere, fuit destinatum;
 conf. FRIDEBORNIUS l. c. p. 91., & in Descript. Urbis Stetinens. p. 16.
 Scholam Senatoriam exceptit denique COLLEGIUM OTTONIS
 JAGETEUFFELII, Consulis primarii Sedinensis, anno 1412. e-
 tabulis ultime voluntatis, anno 1399. consignatis, ea mente e-
 rectum, ut egestatem puerorum, qui egregiam a natura ad
 scientias disciplinasque capessendas hauserunt indolem, solu-
 retur: Id quod institutum liberalitas plurimorum, quos CRA-
 MERUS lib. II. Cap. XXXIV. p. 82. & 83. recenset, postea valide
 promovit. Conferatur de cetero FRIDEBORNIUS lib. I. p. 70. &
 seqq., & in Descript. Urbis Stetinens. p. 17.; item AMMON l. c.

§. IX.

Quamvis sic optimi Pomeraniae Principes omnes
 vigilias, curas, cogitationesque in studiis pietatis ac literarum
 promovendis ita defigerent, ut etiam eorum liberalitas in con-
 dendis Monasteriis prout §. VI. indubia in hujus rei facit si-
 dem laudem omnem & exemplum sit transgressus; Pia ta-
 men eorum conamina a Monachis, qui e communii i super-
 flitione, tunc temporis longe lateque per Europam gratiata,
 labem trahebant, turbabantur eludebanturque. Scilicet, si
 primas societatum Monasticarum rationes sub examen voca-
 veris, deprehendes, easdem primitus non esse institutas, ut
 vices Scholarum atque eruditio[n]is officinarum sustinerent,
 sed ut essent Scholæ Virtutum, ac præparationes ad sapientiam.
 Cum autem temporibus infuscatis adverteretur, quod

B 3

socie-

societates ejusmodi absque studiorum praesidio suum decus atque ordinem non adeo commode valerent ueri, eademq; insigne conferent momentum ad perfectionem religiosam, quæ intendebarunt, evanescendam, eruditio & pietas in amicum tandem coiverunt consortium. Adeas omnino JOHANNIS MABILLONII Tractatum de Studiis Monasticis. Vires vero indies Papatu sumente, a primævo suo flore demum deficiebat disciplina Monastica, erroribus adeo inquinata, ac tam mala fide administrata, ut quidvis potius, quam virtutis ac sapientiae incrementa ab iis haberet expectare. Quæ corruptiones & incommoda multis viris cordatoribus inter ipsos etiam Pontificios multas, easdemque graviores expresserunt querelas. Nimirum hic scopus e mente Principium conditum in media æate Monasterijs debebat esse præfixus, ut seminaria essent Ecclesiæ Reipublicæ, in id unice intenta, ut juventutem vera pietatem, vitæ ac morum integritatem, artibus & disciplinis instruñtiorem ornatoremque redderent. Verum enim vero tantum abest, ut doctrinam promoverint, quin potius impediuerint misereque depravaverint Monachi, dum aut sacra fame vexati, res suas ita disponebant, ut Laicis, qui dicebantur, a studiis remotis, amplissimos honorum atque opum cumulos ad se traherent, Monasteria proinde, cum luxu insuper & inertia fluenter, in fœdos carceres, nec non desidiæ, ignorantia, cantionum, cæcæ obedientia ac superstitionis latibula convertentes. Erat namque hoc Clero Pontificio in monibus positum, ut affectaret tyrannidem in bona, corpora, & animos Laicorum. Qvamvis vero Seculum XII., in quod Pomeranorum incidebat conversio, meliora videretur promittere, postquam Philosophia, Jus Justinianeum, & Ars Medica e priorum Seculorum barbarie quodammodo cœperant emergere, gravissimam tamen cladem Doctores in primis Scholastici rei Christianæ interfecerant, eo quod doctrine cœlestis capita subtilitatibus, iisdemque sat perplexis, implicarent, & inde vix umbram genuinae Theologie relinquenter: Cuncta enim tricis ac qvætionum involucris, distinctionum sèpius otio-

otiosarum minutis, insuetarum vocum barbarie, inanique & stolido de vocabulis altercandi studio commaculabant, & quod pessimum erat, doctrinæ Christianæ examen ad Aristotelicæ Philosophiæ placita, ratione sane præpostera, revocabant, neglecta non modo lingvarum & elegantioris literaturæ cognitione, sed reiectis etiam Divinis illis voluminibus, doctrinæ alias coelestis fonte genuino ac sanctissimo. Conf. omnino ADAMI TRIBBECHOVII Tractatus de Doctoribus Scholasticis, & corrupta per eos divinarum humanarum rerum scienzia, Jenæ 1719. typis repetitus; JOH. LAUNOJUS de varia Aristotelis in Academia Parisiensis fortuna; Vir Clat. G. F. STIEBERUS in Historia Theologie dogmaticæ Lutheri & Melanchthonis opera restaurata, aliqui qui Scholasticorum nævos sat egregie detexerunt. Nec benigniora fata manserunt Philosophiæ studium, squalidum junum, ac sterile pariter apprens. Apicem eruditio[n]is attigisse sibi videbantur illorum temporum Philosophi, si de otiosis & inutilibus quæstionibus prolixe disserere, & barbaris vocabulis, ad horrorem audientibus incutendum ap[er]tis, cuncta possent involvere: Non eorum erat, hominum mores ad honestatem formare, sed spinose, subtiliter, inutiliter ac curiose de iisdem litigare. Cum igitur hanc faciem Monasteria induissent, quæ bona, in tanta vitæ ac studiorum corruptione, a Monachis Pomeraniæ potuerunt proficisci? Certe, si dictis CRAMERI fidem adhibueris, omnis fore virtus cum eruditione: e Monasteriis hujus regionis videtur fuisse expulsa, exterminata, effeta. Monachi namque otio luxuriantes, adeo ruebant in præcipitia, ut rerum terrestrium cura unice detenti, Cœnobia sua in officinas nequitiae & diversoria omnium vitorum communarent, voluntarentur libere cum scortis, interque pocula & ludos in geneis, lustris ac popinis magis quam inter studia, agerent vitam. Imo divitiarum amor eos adeo rapuerat in transvenium, utin illi concupiscendis ac congerendis nec modum, nec terminum capere valerent, saepius hinc aliena negotia, ordini suo parum decora, sibi sumentes peragenda, nec raro ab Artis Alchymisticæ ancipiti fortuna elusi.

elusi. Hos aliosque Monachorum Pomeranicorum mores solutos ad liquidum deduxit CRAMERUS l. c. Lib. II. p. 107., 119., 120., 124., 125., 128., 136., 141., 148., & Lib. III. p. 17., 19., 124. &c.

§. X.

Postquam itaque WARTISLAUS IX., Dux Pomeraniae Serenissimus, Academiae nostrae Gryphicæ Fundator ac Parenſ indulgentissimus, e Cœnobiis vidi exulare Pietatis & eruditio ni cultum, signum ad bene sperandum primus sustulit, animumque apud suum proposuit, augustius Virtutum ac scientiarum erigere ſacerarum, quod ruinam modo dictam folaretur pariter ac refarciret. Salutare hocce institutum primo omnium Ipsi inspirabat Concilium Conſtantie, quod ab Imperatore Sigismundo Seculo XV. coadūt, numerosissima Principum, Comitum, Patrum purpuratorum, Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, Praetoriorum, & aliorum, qui hue confluxerant, multitudine adeo abundabat, ut universi orbis mentem, ora, oculosque in ſe provocaret; ejus Aetate, VI. Tomis forme majoris comprehensa, luci exposuit publicæ HERMANNUS von der HARDT. Adeas & omnino JACOBI L'ENFANT *Histoire du Concile de Conſtance*. Idem praesentia sua condecorabat WARTISLAUS IX., Pomeraniam ſuo & agnatorum nomine, Imperatoris beneficio ac clientelæ submissurus, remedia quoque nonnullorum malorum, quibus cum habebat conflixtari, in Ejusdem gratia, tanquam portu cutissimo, quæſiturus. Advertit hic doluitque inter alia de JOHANNE HUSSO & HIERONYMO PRAGENSIS, qui non tantum viva voce, sed scriptis etiam plurimis in errores & Superſtitionem coetus Romani acerrime fuerant investiti, misere contendentium ſtudia, plurimorumque imperitorum infamam rabiem, quam in veritatibus celestis confeffores modo dictos effundebant, imo & stupendam ordinis Clerici ignorantiam. Quæ omnia animum Principis nostri, in quo omnem per vitam æqui bonique vigebat amor, ita commovebant, maxime cum HUSSI & HIERONIMI PRAGENSIS virtus in tantis cruciatibus doloribusque ignis acutissimis ſtret infracta & inconcussa, ut yeri-

tatis

tatis cœlestis vindicandæ justo zelo accensus, Academiam condendæ caperet consilia. Verum enim vero variae & anticipates se se exserebant difficultates, quæ saluberrimum hocce institutum, post XL. demum annorum decursum effectui mandandum, retardabant sufflaminabantque. Quodsi enim memoriam illius temporis, quod WARTISLAUS IX. vidit, ex Annalium monumentis repetas, hanc rebus Pomeraniae inductam fuisse faciem senties, ut eadem odio & invidia Principum finitimarum non tantum circumfessa acriter urgeretur, sed internus quoque ejus status variis discordiarum casibus agitatus labefactaretur, dum ipsi cives in propria furentes viscera, omnia in partem vertebar pejorem, justitia adeo profligata, ut nulla, vel saltē obscura judiciorum legerentur vestigia. Qvare Dux sedulo exsecutus, quæ suarum erant partium, Pomeraniam hostium exterorum injuriis subtrahebat, grallantique intestino malo, ne latius manaret, fortissima obieciet remedia, contusas, afflitas, perditasque Pomeraniae vires per Judicia constituta erigens ac recreans. Malum hocce excipiebat adhuc gravius, quod Duci OTTO FUGIUS, Consul Sundensis, Vir vana sui opinione admodum inflatus, crebat. Postquam scilicet mors BARNIMI VIII. fratri ad eum Principatum Rugiæ una cum urbe Stralsundensi transulerat, recte ab eadem postulabat, ut obsequii sui fidem religioni solennis sacramenti adstringeret. Cives quidem subiectissimi animi cultu permoti, Principi suo obedientiam promtam expositamque præbebant: Solus autem Fugius, civilium iste malorum architectus & machinator callidus, acriter resistebat, animos civium in eum inflammaturus. Nevero cause sua deesse videretur, impium pectoris vulnus pia dissimulatione litis, quæ WARTISLAUM inter & ULRICUM, Ducem Megapolitanum de bonis a BARNIMO VIII. reliquis agitabatur, ad finem deducendæ contegebatur. Res denique in nervum erupit, ac Fugius eo processit audacie, ut vanis sermonibus plebem armaret, omniaque divina & humana violaret, turbaret, misceret atque everteret, non prius

C

quic-

quiescens, donec impotentis animi libidinem sanguine Barnekovii, Rugiae Praefecti, explevisset. Postquam vero tela intenta nefariis conjuratorum manibus erant extorta, pessime furorem suum luit temeritas; Fugius tamen fuga præcipiti, citatoque gradu se se abripuerat. Videatur EIKSTEDII *Epiome Annal. Pomer.*; MICRAELIUS Lib. III. p. 423. seqq. In maximis hisce fluctibus WARTISLAUS IX. Reipublicæ navem gubernabat, quam vero salvam in portu collocare maximo annis tebatur opere.

§. XI.

Cum favente Summi Numinis gratia, tempestatis mala quodammodo essent depulsa, consilia tandem novæ Mularum sedis excitande diu agitata, injurya vero temporum haec tenus repressa, constituit factis jungere, cum multis rerum argumentis, quæ acerrimi Ejus judicij vis erat, edoctus exploratum ac perspectum haberet, quam grave haec tenus vulnus Pomeraniae ex inopia virorum, juris peritia imbutorum, fuisse inflatum, quantumque ex adverto e literarum studiis, validissimo quippe vinculo societatem humanam constringentibus, ad Reipublicæ rationes accederet robur incrementumque; vid. §. I. Musæ etiam Rostochienses, quæ per aliquod temporis spatum in urbem Gryficam fecerant secessum, non parum Ducis animum alliciebant, intensissimum sui desiderium Eisdem relinquentes. Qvare omnia, quæ opus hocce strenuo urgere poterant, HENRICO RUBENOVIO, civitatis Gryphiswaldensis Consule, hortatore, auctore, intercessore ac promotore, qui certe singulare his in rebus consilii ac prudentiae lumen ostendit, providebat & parabat: Qvanquam etiam OTTO III., Dux Stetinensis, Academiæ fundationem valide adjuverit, teste EIKSTEDIO in Vita PHILIPPI I. Primum quidem (prout Litera WARTISLAI IX., anno 1455. consignatae, atque Universitati solemnam donationem pollicite, docent) judicium Consiliariorum, HENNINGI, Episcopi Camminensis, Abbatum Usnamensis, Belbuccensi, Novi Campi, Stolpensis, Hiddenseensis, Bucoviensis & Dargunensis, nec non Sun-

Sundensium, Stetinenium, Stargardiensem, Treptoviensem,
 Tanglimensem, Deminenium, & omnium aliarum commun
 nitatum & Vasallorum, in consiliū societatem assūmebat, ni
 hil ut deesset, quod Academiae valeret dignitatem, auto
 ritatem ac splendorem conciliare. A reliquis autem Pome
 ranie urbibus Gryphiswaldia, in tribuendis beneficiis natu
 ra benignitatem quam maxime experta, palmam facile repor
 tavit, digna præ ceteris reputata, cuius fidei & gremio hicce
 sapientiaz thesaurus ob plurimas felicitatis partes, utpote si
 tum amoenissimum ac commodum, salubritatem aëris, rerum
 ad vitæ humanae usum spectantium copiam, imo & singula
 rem civium humanitatem pariter ac comitatem, nec non be
 nefaciendi studia, tantopere a scriptoribus celebrata, tuto
 concederetur. Suum quoque sīnum lēta mente obtulit
 Gryphiswaldia, addita hac voluntatis propensiōm signifi
 catione: Nos Proconsules Consules & communias Gripeſvaldensis op
 pidi Caminenſis diaceſor publice protestando recognoscimus per preſen
 tes, quod nos omnibus & singulis Dominis Magiſtris Doctoribus &
 Scholaribus oppidum noſtrum pro ſtudio noviter jam per ſanctissimum
 Dominum noſtrum Dominum Apoſtolicum Iuſtissimum Domino noſtre
 Wartislao Duci Stetinenſi &c. & Principi Rue in oppido noſtro
 fundato & eretto intrantibus de aperte & conuenientibus domibus pro
 lectoris, Scholis, Collegiis & Regencis & aliis habitationibus ſolempni
 ter providebimus & ipſos honorifice & decenter tractabimus prout de
 cet etiam cum proviſione certorum perpetuorum reddicuum ultra largi
 ſim prefati nostri Principis & furorum Abbatum donacionem. In cu
 jus rei testimonium ſecutum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum
 Gripiswaldi anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo
 quinto feria ſecunda post festum Lucie Virgins. Sane Gryphiswal
 dia dum Muſas Rostochio 1437. ejectas benigno ac liberali ex
 cepit hospicio, lētum fecit auſpicium, atque inſecuturæ mox
 felicitatis nuncia merito fuit credenda. Cum enim Rosto
 chium intestinis laboraret discordiis, Profefſores imminentis
 tempeſtatis periculum declinaturi, ſolum mutare cogebantur,
 Reſto quidem Medico HELMOLODO ULYSSEO: Ut itaque exilio

sui mala lenirent, sedem studiorum Gryphiswaldie tantisper
figebant, ac suo exemplo Pomeranos ad æmulationis studium
& amorem artium ingenuarum stimulabant. Reversi autem
Rostochium novam paulo post e se se natam Acad. Gryph. vide-
runt: Unde Academiam Rostoch. suo jure Gryphica matrem
benignissimam veneratur. Conf. CRAMÉRUS Lib. II. p. 90.; LIN-
DENBERGIUS in Chron. Rostoch.; KOEPKENIUS in Program. de Initio
Acad. Rostoch.; G. F. STIEBERUS, Vir de Historia Megapolitana me-
ritissimus, in der Mecklenburgischen Historie der Gelehrsamkeit / &
quidem in Prefatione p. 6. Cum vero illa tempora tantam Pon-
tificis Romani faverent venerationem, ut nefas haberetur,
rem gravioris ponderis sine consilio & sententia Ejusdem sus-
cipi, CALIXTO III., qui eam circa atatem sedem tenebat
Romanam, negotium hocce sua fulciendum auctoritate enixe
commendabat WARTISLAUS IX., insimulque literis peti-
toriis, ut Academiam, quam moliretur, Privilegijs ornaret, ab
Eodem effigitabat, sumitibus quidem, qui hanc in rem erant
impendendi, & summa trecentorum Ducatorum excede-
bant, a RUBENOVIO, JOHANNE ERICO, Confule Gryphis-
wald., HERMANNO SCHLUWACHTER, Thesaurario Camminensi,
& GOTTFRIEDO WANGELKOW, cive, ob Principis ærarium
exhaustum large erogatis, Academieque patrocinio NICOLAO
BRUCKMANNO, Ecclesie Camminensis Vice-Decano, qui tum
in Aula Romana versabatur, demandato. Pontifex etiam
precibus WARTISLAI IX. loco relicto, negotium hocce
perficiendum JOANNI, Episcopo Papiensi, imponebat, ac
STEPHANVM, Episcopum Brandenburgensem, in omnia ut
sollicite inquireret, mandato instruebat: Id quod verbis se-
quentibus in Bulla Commissionis Apostolice facie Episcopo Branden-
burgensi ad inquirendum de sufficiencia reddituum pro ेrectione Universi-
tatis Grieswaldensis, legitur expressum: *Nos itaque de premisis
certam noticiam non habentes bujusmodi supplicationibus inclinati fra-
ternitati tue, de qua in his & aliis speciadem in Domino fiduciam ob-
tinemus, per apostolica scripta committimus & mandamus quatenus per
te ipsum de premisis omnibus & singulis ac zorua circumstantiis uni-
versis*

versis autoritate nostra ie diligenter informes & vijs videndis in similibus oportuni consulas sedem & providebitur; Romæ 1455. Hæc dum gerebantur, Academia Rostochiensis, caliginem fulgoris sui inititis inducendam verita, Dux Megapolitanus ac Marchio Brandenburgicus, ad consilia hæc in Aula Pontificia subvertenda omnes admovebant machinas: Ceterum omnes conatus, probe licet instructi, DEO propugnatore, elidebantur, obexque, quem hostes objicere machinabantur, ut removetur, omnes laborabant boni, maxime vero Episcopus Papensis, prout legitur relatum in BRUCKMANNI Epistolis, ad Rutenbergium tunc temporis directis. Postquam igitur STEPHANUS Episcopus, quem modo commemoravimus, exactam omnium notitiam ad Pontificem detulera, (quam in rem hodieque a nobis servatur *Instrumentum Constitutionis Procuratorum Domini Ducis Wartzlai ad testificandum coram Episcopo Brandenburgensi ut informeretur animus summi Pontificis super erectionem Universitatis Grieswaldensis) Bullam tandem fundationis anno 1456., quarto Calend. Junii, indulgere non amplius dubitavit. Sicut etiam FRIDERICUS III., Imperator, literarum quippe amantissimus, haud deditigatus est, negotium hocce salutare gratiofissima privilegiorum amplissimorum concessione exornare ac condecorare, fremente undique livore & invidia. Tanta sic erat molis, hocce mufarum condere domicilium.*

§. XII.

Variis itaque difficultatibus, queæ hoc sapientiæ & bonæ mentis templum erigendum circumstabant, feliciter discussis ac superatis, nihil amplius restabat, quam ut illud auspiciatis sumis ritibus, initiusque sanctissimis inauguraretur. Solennia hæc quoq; præsente WARTISLAO IX., anno M CCCCLVI. die XVII Octob. in æde Nicolaitana mirifice omnium ætatum studio, atque Ordinum omnium, Nobilium ac Procerum Pomeraniæ, nec non Senatus populi Gryphiswaldensis incredibili concursu, peracta sunt per HENNINGUM, Episcopum Camminensem, Academiæque Cancellarium, & ejus suffraganeum ALBERTUM, GOTHOFREDUM de ZWINA, Archidiaco-

Diaconum Uzenamensem, DIDERICUM SUKOW, Præpositum in Verchen, & Canonicum Camminensem, MATTHIAM WEDEL, Archi-Diaconum Stolpensem, HERMANNUM SCHLUPWACHERUM, Thesaurarium Camminensem, HENRICUM BUGOW, Præpositum Gryphiswaldensem, aliosque ordinis sacri homines, totum negotium HENRICO RUBENOVI ordinante, Sceptrisque duobus majoribus ad altare a WARTISLAO IX. oblatis. Cum igitur RUBENOVUS, jam olim in Aula ERICI, Svedorum, Danorum ac Norvegorum Regis, Cancellarius munere defunctus, promotor acerrimus ac primarius Academæ suscitandæ auctor extitisset, primo ipsi facies Academæ moderandi tradebantur, adjuncto etiam ab Episcopo Camminensi PRO-CANCELLARI PERPETUI, atque a Duce WARTISLAO IX. VICE DOMINI munere, id quod liberimo ejusdem arbitrio atque obsequio cuncta Academæ negotia submittebat, prout *Constitutio Vice Domini facta a Principe in Persona D. Rubenow testatur.* Extant RUBENOVII adeo ampla & diffusa merita in hanc Academiam, ut nomen Ipsius monumentis æternæ laudis sit incidentum. Privilegia namque Academæ sua ex parte CCCC. florensis Rhemensibus redemit; insigni pretio interposito suum nomen Matriculæ Universitatis inferuit, cuius rei monumentum Ipse in eadem ad posteritatis memoriam verbis transmisit sequentibus: *De di tunc Universitati in donem pro institutura mea regalia vulgariter orbare in Sundis que comparavi a Principe terre, & dedi sibi pro illis duo millia marcarum, item precarias & annonam in Hennekenhagen quas comparavi pro mille marciis, & sunt simul tria millia marcarum. Item duodecim marcarum redditus in pratis meis prope Kowal, item jus patronatus VIII. beneficiorum, prout per omnia in litera mea Universitati sigillata bene clarent. Ultra promissa expendi pro impetracione privilegii CCCC. florenos reuenjes, ultra expensas consulatus in prompto auro, demptis diversis expensis per me propter Universitatem hoc in loco factis, & in testamento meo alia adhuc dare intendo etiam cum omnibus libris meis, quos tamen pro mille florenis nulli darem. Dieta haec genus si quis in summam redegerit, ei facile cum PALTENIO,*

Viro

Viro rerum Pomeranicarum peritissimo, in *Historia Ecclesie Collegiate S. Nicolai Gryphiswaldensis p. 1.*, dubium subnasceret, utrum Academiae Gryphice conditae gratia famaque ad WARTISLAUM IX, an ad HENR. RUBENOVUM potiori jure pertineat; maxime cum & hic Academiam Gryphicam dixerit plantationem suam, opus manuum suarum filiamque recens ex se procreatam, cui semperernam de facultatibus dolem constitueret. Tandem vero rem omnem hisce verbis compositum PALTENIUS: *Venerabimur ergo WARTISLAUM & cineses ejus sancte columbus.* Amabimus RUBENOVUM & mollem ipsi humum precabimur. Habetinus utriusque memoriam communis nostrae pietati commendatis- simam, illam quidem civilis fastigii reverentia, hanc private virtutis cultu illustrioram & sub WARTISLAO a RUBENOVIO, aut certe a WARTISLAO atque RUBENOVIO conditam Academiam Gryphicam dicemus. Neque hic substitutus RUBENOVII studium Academiae beneficiandi, postquam semel secum constituerat, omnem operam, consilia omnia, omnem denique vitam saluti Academiae publicae sacra ac devota facere. Cum enim Is pro iudicio sui acumine acerrimo perspiceret, Academiam recens eratam suis quasi radicibus adhuc destitui, & cum tempora- ria valde sint hominum ingenia, admodum maturas ruinas posse minitari, nisi validioribus subjiceretur presidiis, recte quidem in eam ingrediebatur sententiam, eternitati ipsius pro illorum quidem temporum ratione non tutius posse consuli, quam si Academia Ecclesie innesteretur. Impetravit igitur RUBENOVUS ab HENNINO, Episcopo Camminensi, ut Ecclesia Nicolaitana Gryphiswaldensis e Prepositura rurali anno 1457 in habitum Ecclesie Collegiate transiret, insimulque caveretur, ut nulli Præbendarum potestis concederetur, nisi esset Doctor, Licentiatus, & Baccalaureus superiorum Facul- tatum creatus, vel Magister Artium, isque Academie mem- brum. Quæ omnia ex Academie nostræ monumentis vetu- stillissimis sedulo eruit PALTENIUS in *Dissertatione* saepius lauda- ta. Nexus vero utriusque corporis post exortam Evangelii lucem iterum fuit dissolutus.

§. XIII.

§. XIII.

Habes hic, Lector Benevole, jaeta Academiae Gryphicae fundamenta, cuius gloriam infecuti Duces Serenissimi per modum consummarunt, ut inde cum omnibus Germaniae Universitatibus, sive Privilegia, immunitates & jurisdictionem criminalem, (vid. MATTHIAS STEPHANI de *Jurisdictione Lib. III.* p. 15., 92., 98. & 103.) sive exemptionem ab omni jurisdictione, anno 1488. indultam, sive Præbendas per universam fere Pomeraniam largiter in eam effusas, (quarum memoriam *Codex Diplomaticus Academie nostræ servat*) sive Jura Patronatus in tres Ecclesiæ urbis Gryphiswaldensis, & alias extra Præfecturæ Hildensis ambitum sitas, sive Præfecturam ipsam Academie usibus cum omni jurisdictione consecratam, sive Professorum, qui in eadem floruerunt, gloriam famamque eruditionis spectaveris, possit certare. Qyanqvam vero Academia hæc numero Studiosorum aliis fuerit inferior, celebritate tamen & doctrina nulli fuit secunda. Sane eadem condita statim ingeniorum optimorum, que ad omnis eruditionis laudem, inque spem patriæ effloruerunt, genitrix extitit feracissima, ac teste EIKSTEPHO in *Vita Philippi I.*, in suo exordio magnum Pomeraniae in luctuoso dissidio cum FRIDERICO, Electore Brandenburgensi, præsidium attulit. Sicque Academia Gryphica Pomeranis, qui alias pluribus aculeis ab exteris solebant compungi ac transfigi, ignorantiae crassiæ ac barbarici maculam abstergit, imo inconcussis rerum experimentis evicit, literarum hæc tenus quidem non tanto mentis impetu excultarum culpam neque in Pomeranorum indolem, neque in ecclii aut soli iniuritatem aut asperitatem debere conjici. Ipsis proinde Pomeranie hostibus, cum certatim se proferrent ingenia, vel invitit hæc confessio fuit extorta: Welcher Leufsel hat deun die Ponimern so flug gemachet? Per hancce igitur Academiam omnis Pomerania ex ignorantiae labo eluctata, cultior fuit reddita, ut non modo ingeniorum fecunditate, sed doctrina eriam, meritis ac monumentis exteras gentes exquaverit; conf. FRANCISCI WOKENII *Pommerischer Ehren-Preis* oder

oder Historischer Beweß / daß die Pommersche Landschafft nicht uns
fähig sey / zur Gelehrsamkeit geschichte *Ingenia* hervorzu bringen; Se-
dini 1718. Reliquis demum felicitatis partibus, qua Academ-
ia hæcce fuit amplificata, & illud merito adjicias, quod eo
scilicet surrexerit tempore, quo Humanitatis studia, Græca
in primis, alto haec tenus oppressa somno, a Græcis, qui sedi-
bus patriis ejecti in Italiam demigraverant, fuerunt resusci-
tata, adiuta insuper mirum in modum per inventam eodem
Seculo Artem Typographicam, ac Scholas illustres passim
adornatas. Latina quoque elegancia eodem Seculo pristinum
nitorem & habitum recipiebat, ac conatus illorum, qui istud
quidem illustrius reddiderunt, adeo ampla faciebant spatia,
ut radii clarioris luminis, initio tantum Italiz illati, totam
tandem per Europam spargerentur. Natam proinde Academiam
nostram bona & amica fidere juverunt. Fuerunt qui-
dem, qui inanibus excitati imaginibus, gloriam famamq; ejus
censuris vanis conati sunt oppugnare ac convellere, cum
quadam animi indignatione inter alia causati, Academiam Gry-
phiswaldensis fundamenta sub infelici cancri signo fuisse po-
lita. Sicut dictorio hocce, quod a rerum imperitis crepatur,
nihil est solennius, nihilque est frequentius: Ita etiam nihil
potest adferri, quod magis a ratione abhorreat. Quem enim
poterit latere, solem percurrere cancri fidus ipsa æstate, atque
adeo diebus anni longissimi? Qvis sanæ mentis homo hec
cum mense Octob., qui tamen prima initia dedit Academiam,
conciliabit? Maculam hancce, Academiae lingua maledica in-
ustam, delere quandam annis est Moëvius Völschovius in
Dissertatione, qua Academiarum & Scholarum Regiarum nitor & inte-
gritas defenditur & vindicatur, una cum spongia abstensoria, qua Aca-
demia Gryphiswaldensis a dictoris temporis illius, quasi infelici fidere
in cancro fundata sit, ex veris suis fundamentis repurga ur. Alii alias
censuris ac fugillationibus amaris Academiae nostræ gloriam
allaborarunt subvertere: Ceterum DEO causam promovente
meliorem, omnis obtrectatorum labor in irritum cecidit,
imo Musarum splendor, clamoribus eorum exagitatus, quasi

D

vene-

vehementibus impulsa flatibus tæda, magis ac magis enituit. Lubens equidem largior, quod Academia hæcce incerto statu fortunæ, quæ cuncta verlat, huc atque illuc fuerit jactata, eam modo excitatam, inclinatam modo, modo jacentem experta; Sicut breves & mutabiles rerum humanarum sunt vi-ces, inque suum redeunt orbem, eadem ut florent, deflo-re-scant, stent ac cadant, amplissimas etiam cura sumferunt ac-cessiones: Attamen præpotens ille DEUS, dum medios inter calamitatum fluctus literarum imperium in Pomerania stare voluit, Gratia sue radios adeo benigne eidein adfulgere fuit pa-sius, ut, temporum licet injuriæ omnes fere vires in ea deprimenda exercuerint, bellique tempestates graviter eam lace-raverint, eodem prorsus modo instaurata resurrexerit, quo fracta ac prostrata jacuerat.

§. XIV.

Sed redéo ad Ducum Pomeraniæ merita in rem Litera-riam. Per idem ævi spatium, in quod initia Academiæ Gry-phicae inciderunt, illustre extitit nomen ERICI, filii WAR-TISLAI VII. Pomerania Orientalis Ducis, triumque regno-rum septentrionalium, quæ in unum corpus coauerant, summi moderatōris, postquam MARGARETHA, Daniæ Regina, quæ sane sub specie foeminæ virilem animum gerebat, eum sororis quippe ex filia nepotem, juribus familie sue per adoptionem inferuerat, interitum hujus imminentem sola-tura. Reliqua ERICIs fata non recipit præsens scriptura genus, ejus saltem merita in orbem literatum sibi vindicans. Ipse igitur doctrina elegancia excutus, non modo a Pontifice MARTINO V. anno 1418. impetravit facultatem illustrioris Musarum sedis in Dania stabiliendæ, (eius tamen operis per-ficiendi gloriam fata destinaverant CHRISTIANO I.) sed etiam vulgo creditur compoisse *Historicam narrationem de ori-gine Gentis Danorum, & de Regibus ejusdem gentis, deque eorundem rebus gestis,* ab ERPODO LINDENBROGIO Hamburgi 1603 primo omnium in lucem productam; cui postmodum etiam locus fuit factus inter ejusdem Scriptores rerum Sepentrionalium. Sunt tamen.

tamen, qui in ea verulantur sententia, Chronicon hocce non ex ingenio ERICI, quin potius Monachi cujusdam Cisterciensis, profluxisse, qui Regis mandato instructus idem compilaverit; conf. SIBBERN *Bibliotheca Historica Dano-Norvegica* p. 27. nec non HOJERN *Dannemärkische Geschichte* p. 91. 592.

S. XV.

WARTISLAUS IX., quem s^epⁱus produximus, ardentissimum, quo in Musis ferebatur, ardorem velut cum ipso sangvine in Eos quoque, qui ab Ipsi manarunt, transfudit: Maxime vero Academiam Gryficam in sinu ac deliciis habuerunt, ac tanta, tamque late patentia in eam derivarunt beneficia, ut nulla memoria, ingenii vis nulla, nullaque observantiae magnitudo isdem respondere valeat; Consulatur hic omnino ALBERTI VOGTI, Professoris quondam Gryphisw., *Sermo inauguralis de beneficiis Serenissimorum Principum Pomeraniae in Academiam Gryphiswaldensem collatis, dictus 1670.*, cum Rector Universitatis more solemni renunciaretur, in forma sol. & 4to prostantis. Propensissimi igitur in literas affectus luculentissimum edidit exemplum BOGISLAUS X., WARTISLAI IX., ex filio ERICO II. (qui etiam Privilegia Academie concessa, nec non donationem paternam una cum OTTONE III., Duce Stetinensi, anno MCCCCCLIX., solenni eam in rema confess^o instrumento, validiori constrinxit vinculo) nepos, cui celstae mentis indoles plane mirabilis, qua Pomeraniam solitudine situque sqvalescentem, & pene emortuam (quippe cum bellis continuis esset exhausta,) ipsis fati faucibus eripuit, ac rerum aliarum egregie gestarum gloria cognom entum MAGNI adjecerunt. Qvamvis autem Ipse nullis artium bonarum adminiculis esset instructus, a matre siquidem ob dissidium, quod cum Conju^ge ERICO II. aluerat, ab officii sui religione remotissima, solutionis vitæ generi in flore ætatis fuisse relictus: Maculam tamen hancce Virtute Heroica abluit, ac literarum amore abunde compensavit, quo inductus Musis Gryphiswaldensibus, que^ra variis motibus, quibus hæc civitas ob necem RUBENOVIO nefarie illatam graviter conquaßabatur,

batur, fere extinctæ erant, integratæ suæ ac nitori restituen-
dis acriter invigilabat. Postquam enim exeunte Seculo XV.
ex itinere Hierosolymitano, quod religionis ergo per varia
& maxima rerum discrimina suscepserat, (de quo adeas CRA-
MERUM Lib. II. p. 128. & seqq., nec non MICRAELIUM Lib. III. p. 471. seqq.)
in Italiam redux fuerat factus, suæ quoque peregrinationis
extare voluit monumentum; Sicut insignis quoque ejusdem
fructus ad ministros & comites BOGISLAI X. redit, qui oc-
casione ira ferente, in familiaris consuetudinis jura apud ex-
teros eruditos adducebantur. Duo igitur illa inter JCTos lu-
mina clarissima PETRUM ac VINCENTIUM RAVENNATES, magno
quippe stupendo conductos secum ire jussit, Gryphiswaldi-
am ut sua præsentia ac doctrina collustrarent, adque majoris
nominis famam ac splendorem eveharent. Neque optimi
Ducis exspectationem eventus fefellit: Translati enim in hanc
Academiam radios inde suos latius ac longius diffundebant,
ut undique confluerent, redundantem vim eruditioris ex eo-
rum ore percepturi. Elapsis vero aliquot annis PETRUS RA-
VENNÆ Wittebergam evocabatur, quem tamen BOGISLAUS
X., precibus tandem Electoris FRIDERICI expugnatus, æger-
tame dimicetebat. Damna autem ex ejus abitu enata postea
quodammodo mitigavit JCTus ille famigeratissimus JOHANNES
OLDENDORPIVS, Hamburgensis, Vir acerrimi judicis, postquam
a Duce invitatus Francofurto pedem ad hanc Academiam,
tanquam benignam studiorum suorum nutricem, retulerat.
Rerum patriarum indagatores folertiissimi non posseunt non
hodiæque memoriam BOGISLAI X. vel ideo sancte colere;
quod precibus FRIDERICI, Saxonie Electoris, impulsus JO-
HANN. BGENHAGIO, qui Schole Treptoviensi moderandæ tunc
temporis erat præfectus, vetusta Pomeraniæ monumenta ex-
cutienda, atque iustum in ordinem redacta e tenebris in publi-
cam lucem protrahenda demandaverit: Manum quoque huic
operi adornando admovit, ac successu felicissimo illud intra
biennium confectum BOGISLAO X. anno 1521., hoc quidem
in signatum titulo, obtulit: JOHANNIS BGENHAGII Pomerani Histor.

* Pome-

Pomeranie, in qua seriem Principum, bella, res gestas, Ecclesiarum consuetudines, & alia ordine prudentier, descripta, anno 1521. summis Principis BOGISLAI. Ceterum in eruditorum scriniis passim latens, typorum ope nondum juris facta est publici; anxie licet a rerum Pomeranicarum studiosis expedita. Quaecunque alias praesens circa negotium fuerunt acta, latius & uberioris his verbis prodidit memoria KANTZOVIUS in *Chron. Pomer. Mto.* Dasselben Jahrs wie Herzog Barnim (filius Bogislai X.) zu Wittenberg tam / schrieb Herzog Friederich der Churfürst von Sachsen an Herzog Bugislaaff, daß Er gesinnet wäre von seinem Geschlecht und Lande ein *Chronicon* machen zu lassen / und nachdem man dasselbige nicht woul thun konte ohne wissend vieler anderer Historien / hat Er ihn gebeten / Er möchte ihm auch des Landes Pommern Geschichte zu schicken / welches Jhn Herzog Bugislaaff nicht verfagen konte. Und ob wol mancherley Vorgeichnus hin und wieder im Lande davon waren / so war es doch ein unrichtig Ding / daß es fremden wenig nütz war / die sich nicht daraus verstanden. Darumb wolte Herzog Bugislaaff einen haben / der es in eine richtige Gestalt brachte / so wußte man zu der Zeit keinen bessern und gelartern / dazu denn auch Doctor Valentin Stoyentin, (vid. MICRAELIUS Lib. VI. p. 532.) welcher ein trefflicher gelarter Mann war / so sehr zittert / als M. Johannem Bugenbagen, Schul Meister zu Trepow an der Rega; darum verschrieb Jhn Herzog Bugislaaff / und schickte Jhn im Lande umher in die Städte und Closter / und ließ ihn alle Historien und Antiquitäten auffsuchen / und es ordentlich beschreiben / und schickte hernach dieselbe Beschreibung dem Churfürsten von Sachsen zu. Hactenus KANTZOVIUS; cui adjungatur *Bibliotheca Historica Hamburgensis, Centuria IV.* p. 128. nec non AMMON L.c. Hanc circa statem Pomerania preter STOYENTINUM & BUGENHAGIUM, quos modo commendavimus, & aliorum Virorum præstantissimorum haud mediocrem attulit proventum, e quibus ingenii lande quam maxime eminuit PETRVS WERNITZER, JOHANNES KITZSCHER, Præpositus Colbergensis, ERASMVS MANTEUFFEI, JACOBVS SIMON, HENRICUS & SIGFRIDUS GUNTERSBURG, PRIBISLAVS KLEIST, JOHANNES CRUSE, & alii; vid. CRAMERUS Lib. III. p. 28. & 29., RANGO l.c. p. 120.

§. XVI.

Ad ea tandem devenimus tempora, quæ veritatem cœlestem, fatis propitiis, Divinoque auspicio a MARTINO LUTHERO instauratam, & a feedissimis repurgatam erroribus, orbem pariter literatum studiis mire ornatum nobis sicut sunt & exhibent. Sicuti namque B. LUTHERUS res Ecclesiæ perditas ac desperatas rursus exerit, & Monarchie Papali, studiis omnibus inimicæ, letale vulnus intulit: Ita etiam prævia ejusdem Reformatione, turpis illa barbaries, quæ Scholas sua crudelitate horrendum in modum laceraverat, prorsus fuit exterminata ac proscripta, adeo, ut brevi tempori spatio interjecto, omnis politioris literaturæ nitor universæ fere Europæ angulos perfringeret; Hactenus enim propter Papistum, ubique dominantem, viæ ad solidam eruditionem acquirendam valde erant præclusæ obseptæque. Certe si naturam in doloremque ejus paulo exactius menti tuæ subjeceris, patebit, eundem in se spectatum a bonis literis omnino abhorre, superstitioni contra dilatandæ, quæ omnem eruditionem veram damnat & adsperrnetur, vires ingenii suppressit, inque ignorantia auffugium querit, unice esse intentum, ut hac ratione animi rudes & vasti ad obsequia promptiores redditi, sub ditionem sacram eo facilius redigantur. Eruditionis igitur loco Papatus una cum servitute, belluina quendam stupiditatem hominibus obtrudebat: Postquam vero eidem a LUTHERO bellum aspernum fuerat indiclum, literæ hactenus demersæ in libertatem ac felicitatem sese vindicabant. Quæ lux Evangelii purior affiserat Saxoniz, ea quoque BOGLISI X. adhuc estate, inter tot spissas superstitionum ac variorum commentorum caligines, statim in Pomeraniam penetravit, ac sua dulcedine defessa Pomeranorum peclora adeo refocillavit, ut jugum illud Papale, sub quo anxie gemuerant, lætissimi excutere adspirarent, vaam quam maxime monstrantibus JOHANNE BUGENHAGIO, JOH. KNIPSTROVIO, PAULO A RHODA, PETRO SVAVENIO, HERMANNO BONNO, & aliis. Qamvis igitur iidem clarioris illius luminis splendorem Sedini, Stralsund-

fundiæ, Gryphiswaldiæ, & alibi, vehementius excitarent, te-
 nebras tamen Papisticas omnino dispellere haud valebant.
 Scilicet post BOGISLAUM X. anno M DXXIII. defundum,
 summa rerum Pomeranicarum descendit ad filios, GEORGI-
 UM quippe & BARNIMUM IX., religionis sensu a se alienissimos: Ille enim Pontificia religionis studio præpostero-
 ductus, odio asperimo, quod magis ac magis Episcopus
 ERASMUS MANTEUFFELIUS inflammabat, in Lutheranos ita exar-
 serat, ut ultimum isdem moliretur interitum; Hic vero fa-
 nioris doctrinæ placitis animum gerens imbutum, salutaria
 fratri præcipiebat, qui tamen odium semel conceptum vix
 in sua habebat potestate. Factum fuit proinde, ut Ecclesiæ
 Pomeranice omnino emendandæ consilii post fata denum
 GEORGII, rebus mortalibus Anno M DXXXI. erupti, auspi-
 catus successus responderet. Postquam enim filius PHILIP-
 PUS I., Dux Wolgastensis, Lutheranus indulgentior, im-
 perio fuerat admotus, omnia cum Patruo BARNIMO IX.,
 Duce Stetinensi, tentabat, ut tandem tollerentur, quæ ha-
 stenus renati Evangelii cursum susflaminaverant. Ea itaque
 mente omnes Pomeraniae Proceres in conventum Provin-
 ciale, qui Treptoviæ ad Regam anno MDXXXIV. cele-
 brabatur, sunt coacti, ut Pomerania unitis consiliis a residuo
 adiuc fermento Pontificio plane repurgaretur, veritatis e con-
 trario coelestis puritas vindicaretur, statusque Ecclesiasticus
 saluberrimus legibus, ritibus ac carimonias firmaretur. Quæ
 etiam oratione, supremi illius Numinis gratia clementissime
 annuente, ex usanimi Ordinum sententia effectu sunt man-
 data, postquam JOHANNES BUGENHAGUS, ideo Wittenberga
 aceritus, toti negotio consiliorum suorum medicinam at-
 tulerat, formamque, Ordinatione Ecclesiastica confecta, in-
 duxerat, alter POMERANORUM APOSTOLUS hinc salutatas; conf.
 CRAMERUS l. c. Lib. III., nec non CAROCIUS loco in §. VIII. ad-
 duto: Operæ quoque fuerit pretium, adjecisse J. F. MAYERI
 Orationem, quantum Ecclesia universa Pomeranie ob Job. Bugenbagi-
 um debeat? Omnes mecum optabunt boni, ut Vir Generosus

ac Magnificus Dominus ALBERTUS JOACHIMUS DE KRAKEVITZ honori Pomeranorum tribuat publicationem dictæ non ita pri-
dem Orationis, qua venenata G. ARNOLDI tela, in famam tanti
Viri directa, fortiter repellebat. Ab hoc tempore Pomerani
ut strenui & acerrimi vindices, pro veritate cœlesti steterunt
firmissimi, prout inter alia dabit comprobatum Dn. J. F. MAYE-
RI *Synodologia Pomeranica*, nec non Dn. J. H. BALTHASARIS Di-
sput, de Zelo Pomeranorum adversus Reformatos.

§. XVII.

Hæc dum agebantur, Academizæ Gryphiswaldensis viri-
ditas, quæ imperante BOGLISLAO X. nimis celeriter se se
diffuderat, eodem ferme, quo prodiit, tempore exarescet.
Sævæ enim & immanis pestilentiaz malum anno MD XVI. in-
hanc urbem adeo pertinaciter furebat, ut plurimos Doctores
ac Professores aut consumeret, aut in fugam conjiceret, pau-
cissimis quidem ex hac clade vitam trahentibus. Cumque
paulo post summus ille rerum humanarum arbiter mira verbi
Divini purioris admisisti felicitate Pomeraniam cumularet, nu-
merus Professorum a superiori illa calamitate, & nova, eademq;
simili, anno MD XXIV. immissa, ad incitas redactus, omnino
erat impar doctrinæ Pontificiæ ab interitu vindicandæ, post-
quam & nonnulli ex eorum ordine, ob incertum fortunaz im-
minentis eventum, in fuga salutis spem posuerant. Qui clade
illa manserant intacti, acriter quidem de sui defensione, &
compage Academizæ, quæ hactenus adeo erat laxata, reficien-
da cogitabant: Ceterum diligentia auditorum penitus eos-
dem destituebat, dum Lutheri fama allecti, numero & multi-
tudine frequentes in Academiam effundebantur Wittebergen-
sem. Hac rebus facie inducta, post annum MD XXVI. elap-
sum omnis doctriñ cultus usque ad annum MD XXXIX.
omnino dejectus ac prostratus in hacce Academia jacuit,
Nervis igitur ejusdem omnibus exsecatis, eam ita solutam re-
linquebant superstites adhuc tres Professores JOHANNES OTTO,
Stetinensis & J. U. D., M. PETRUS GRELJUS, & ERASMUS HOL-
TODERUS (*Holtzäter*) / ad negotia tractanda civilia translati:

Itc

Iste enim forensium causarum patrocinium in se suscipiebat; Hie in ordinem Senatorium cooptatus, ac Consulis dignitate cohonestatus, vel inde Academiam sibi reddidit obstrictissimam, quod Annales una cum Privilegiis atque aliis monumentis in curia oppidana asservatos ab oblivione defenderit: Cui autem vitae generi Hic suam addixerit operam, definire haud erit integrum; Sunt tamen, qui conjectura quadam ad existimandum ducuntur, eum medendo hominibus opem tulisse. Postquam vero PHILIPPI I. & BARNIMI IX. auspiciis, omnis Pomerania, superstitione Pontificia in Comitiis Treptoviensibus iusta penitus facestere, puriorum Evangelii doctrinam fuerat amplexa, (vid. §. XVI.) PHILIPPUS quidem I., mediocriter licet doctus, neque admodum literis deditus, nullum officium prius, neque antiquius sibi debere esse recte autumabat, quam ut ejetas exsulantesq; Musas ad Rem-publicam revocaret, ac studia collapsa in integrum, turbata in tranquillum statum reduceret, habens sibi persuassimum, nec doctrinam religionis jamjam instauratam, nec justitiam, nec humanitatem in tuto posse collocari, nisi literarum praefidiis fulcirentur. Evidentissima proinde impulsus necessitate, rationibus insuper JUSTI DE DEVITZ, Consiliarii sui, com-motus gravissimis, secum constituit, reliquas Academias Gryphiswaldensis tabulas e superiorum temporum ac calamitatum naufragiis colligere, ac literis in eadem squalecentibus sanguinem, vitam & spiritum infundere. Qvod consilium saluberrimum anno MDXXXIX. strenuo quoque fuit exercutus, novus hinc conditor Academias hujus, ac magnus literarum stator merito appellandus: Tempore enim, quod saecris MARTINI erat destinatum, urbem hanc ingressus, inter solennes ritus, & ad divinitatem operi huic conciliandam comparatos, nec non ingentem hominum confluxum, nova Academias dedit initia; Conferatur CRAMERUS Lib. III. p. 105. Eadem sic renatae, inque vitam quasi revocatæ ut literarum decus & honorem, scientiarum & artium splendorem adderet, non modo viris eruditis, unde conquisitis ac lauto

E

con-

conductis stipendio, eam ornavit, sed proventibus etiam amplissimis instruxit, quos in locum subtructa Ecclesiae Collegiaræ surrogabat; vid. § XIII. Hujus sue Munificentia Principalis, & quidem annua donationis 1200. florenorum, idem PHILIPPUS I. anno MDLVIII., praesente Senatu urbano, Academiæ denuo fecit fidem, ejusdemque Privilegia sua auctoritate iterum munivit, adacto etiam Senatu Gryphiswaldensi in solennis promissi religionem, ut nullo modo, remediisque nullis, arte quæstis, eorum sanctitatem vellet eludere: Quam Principis clementiam filius JOHANNES FRIDERICUS, qui ea ætate Rectoris Magnificentissimi personam sustinebat, Oratione Latina humillime exceptit. Hanc PHILIPPII, donationem filii Principes JOHANNES FRIDERICUS, BOGISLAUS XIII., ERNESTUS LUDOVICUS, & BARNIMUS, auctore BARNIMO Seniore, anno MDLXIII. die XXV. Februarii, convocatis Ordinibus provincie, ac praesente Legato BARNIMI, in civitatis Gryphiswaldensis curia statam & validam habuerunt, Academiamque securitati Monasterio Campensi, & ejus prædiis atque agris caverunt; quem camen fides infuscatis temporibus in Prefecturam Hildensem fuit deducta. Ceterum revertor ad PHILIPPUM I., a quo paululum fueram digressus. Sunt enim adhuc alia argumenta luculentissima, quibus affectum in Musas propensissimum abunde expressit. Ita Scholas quoque triviales passim in civitatibus erigendas, ac Bibliothecas exstruendas curabat, imo liberali & clementissima manu Professores Wittebergenses muneribus singulos per annos ornabat, industriam eorum excitaturus, ac liberalitatem, qua in doctos erat effusus, præclaro exemplo probaturus. Præter filios, literarum amorem etiam in filiam ANNAM, jure connubii cum ULRICO, Duce Megapolitano, junctam propagavit, quippe quæ certos preventus fixos ac constitutos habebat, ut ex iis quidam indefisi literarum cultores, iidemque sorte tenuiori gaudentes, in Academia Gryphiswaldensi & Rostochiensi victu alecentur honestissimo; vid. FRIDERICI THOMÆ *Analemma Gryphiswaldense*.

vienſia p. 106. Qvod reliquum est, dictis haſtenus insignis lux
poterit affundi e Vita PHILIPPI I., a VALENTINO EIKSTEDIO
delineata, quæque primum tenet locum in Parentationibus Phi-
lippicis, a JURGA VALENTINO WINTHERO anno 1618. Stetini
publicatis.

§. XVIII.

Unum tamen adhuc supererat, quod curſum ſtudiorum
felici urgendorum ſuccelui videbatur cohibere, præparatio
ſcilicet juuenium ad ſtudia Academica. Ut vero ad eadem
aditus panderetur proniſſimus, PHILIPPUS & BARNIMUS
confilia conferebant, BARTHOLOMEO SVAVENIO ac PAULO A
RHODA uſi conſultoribus. Omníbus igitur probe peripetis,
anno MD XLI. PÆDAGOGII STETINENSIS prima poſita ſunt fun-
damenta, prouentibus, qui olim a BARNIMO I. Eccleſiae Ma-
rianæ Collegiatæ, & Eccleſiae S. Ottonis a BARNIMO III. fue-
rant dicati, ad ejus uſum translatis; vid. §. VIII. Qua mentis
devotione glorioſiſimæ recordationis Principes Pædagogium
hocce excitarint, verba Constitutionis, hunc in modum con-
cepta, perhibent, ut nimirum illud ſuſtineret rationes ejusmodi
Schole, que pietatis & eruditioñis parens, Eccleſie ſeminarium & Rerum
publicarum in toto Ducatu eſſet armamentarium, eaq[ue] de rebus, qui fue-
rant Eccleſiarum Collegiatarum B. Virginis & S. Orbonis, ita inſtructa, ne
inter Scholam puerilem & Academiam medio haberetur ſtatu. Id quod
ſalutare inſtitutum, aliquot interpoſitis annis, Dux JOHAN-
NES FRIDERICUS quam optime, quam uberrime inſignibus
adjectis accessionibus ivit promotum. Prolixiorem rei hujus
notitiam ſuppeditavit CRAMERUS Lib. III. p. 106., FRIDEBORNIUS
Lib. II. p. 41., AMMON l.c., RANGOL. c. p. 121. Postquam vero
Pomerianæ hæc contigit felicitas, ut Svedica ſceptra fuerit
venerata, regni hujus Monarchæ Potentissimi ſuum eſſe duxer-
unt, ut ſtatum Pædagogii ob bellicas feculi superioris calamiti-
tates nutantem, imo fere perculsum erigerent rurus & ſtabili-
rent. Maxime vero CAROLI XI. munificentia illud ſupra
omnes laudes, votaque omnia adeo evexit, ut ejus magnitudo
ac mentis ſubmiſſæ religio ab anno MDCLXVII. uſum no-

menq; GYMNASII CAROLINI imperaverint, postquam longe illustriorem habitum assumerat; Conf. Acta Inaugurationis Gymnasii Carolini, Stetini anno 1667. typis publicis exscripta.

§. XIX.

Cum itaque Principes cura salutis publicæ adducti, tot fontes aperirent dulcissimos, e quibus sacrarum ac civilium rerum plenior hauriri posset notitia, quidmirum, quod Seculo XVI. eruditio amplioribus passibus sic progressa in Pomerania, ut eadem inde fides omnis doctrinæ elegantioris, emporiumque literarum florentissimum dici, juste sibi vindicet. In primis vero Nobiles non levi ardore, imo studio acerrimo literas suscepérunt excolendas, ut PHILIPPUS MELANCHTHON judicaverit, non facile alibi posse reperi^{re} *tot homines nobiles, multa & eleganti eruditione expolitos*, ut in Pomerania, teste inter alios GEORGIO LAGO in Tractatu de Pomerania. Omnihinc laude, predicatione, literis ac monumentis sunt evehenda nomina HENRICI NORMANNI, BARTHOLOMEI SVAENII, LUDOVICI, Comitis ab EBERSTEIN, MARTINI WEIERI, JACOBI & NICOLAI PUTKAMMERORUM, BALTHASARIS & HENNINGI SILVIORUM, JACOBI & MATTHIAE ZITZEVITORUM, VALENTINI & ALEXANDRI EICKSTEDIORUM, PREBISLAI KLEISTII, GEORGI BELOVI, & aliorum, quorum memoriam verbis exquisitissimis commendavit idem, quem j m jam nominavi, LAGUS. Erit nulla ætas adeo ingrata, quæ raseat merita illorum Doctorum, qui ex antiquo Nobilium Pomeranicorum ac Rugianorum sanguine oriundi, sua eruditione Academiam Gryphicam ex eo, quo a PHILIPPO I. reparata est, fecerunt illustriorem. Cui non est dictus summus ille, & animi plane Heroici Theologus BARTHOLOMEUS DE KRAKEVITZ? cuius expressam hodie apud nos refert imaginem Pronepos, Vir Magnificus ac summe reverendus ALBERTU JOACH DE KRAKEVITZ. Quem latere possunt merita GEORGI MASCOVII? Prodeat e JCTorum ordine JOHANNES AB USEDOM, HENR. NORMANN, JOACH. MORITZ, CHRISTIANUS KUSSAW, GERHARD. BELAW, BERNHARDVS BÆHRE, GIDEON KLEMPZE, ALB. WACKENITZ, JOACHIMUS SCHINCKEL, JOHAN. OESTENIUS, & demum sequiori ætate PETRUS MASCOVIVS.

§. XX.

§. XX.

Filii PHILIPPI I., JOHANNES puto FRIDERICUS, BOGISLAUS XIII., ERNESTUS LUDOVICUS, BARNIMUS, & CASIMIRUS acceptam a Parente gloriari multis auxerunt virtutibus meritisque, postquam per omnem honestarum artium cultum pueritiam atque adolescentiam transferant. Cum autem BARNIMUS senior filiis destitutus, & ætate confectus imperio Ducatus Stetinensis, in agnatos familiæ Wolgastanæ devoluto, sese abdicasset, nec multo post anno MDLXXIII. illud, quod est mortale, deposuisset, divisione instituta JOHANNI FRIDERICO Ducatus Stetinensis, ERNESTO autem LUDOVICO Ducatus Wolgastanus obvenit: Qvare ut justi ordinis servemus leges, hos nobis praefixos habebimus limites, ut primo Dicum Wolgastensem, prius quippe extinctorum, deinde vero Stetinensem meritæ in rem literariam prosequamur.

§. XXI.

Offert sese igitur ERNESTUS LUDOVICUS, qui postquam Wolgasti iis artibus, quibus ingenia celsissima ad magnæ fortunæ cultum excitantur, fuerat imbutus, Doctoribus Academiæ Gryphiswaldensis, in qua etiam anno MDLX. Rectoris Magnificentissimi munus graviter ac decore sustinuit, in disciplinam a Patre serenissimo fuit traditus. Ut vero doctrinæ cursum exploreret, anno MDLXIII. Wittebergam una cum fratre BARNIMO, studiorum suorum sedem ac magistram elegabat, quæ itidem illustrissima Rectoris Magnificentissimi ornamenta in eum congescit. Laudem eruditionis ita consecuto restabant adhuc exteræ regiones perlustrandæ, placuitq; ipsi reliquam Germaniæ partem, Angliam, Galliamque adire: Hic quidem CLAUDIUM PUTEANUM, Gallum doctissimum, quemque in lingvæ Gallicanæ facultate comparanda habuerat præuentem, sibi adeo devinxit, ut is nullus dubitaret, inire cum Duce societatem itineris, in Pomeraniam flectendi, ibidem quoque in aula Wolgastensi officijs ac beneficiis omnibus gratijs mactatus. Cum igitur DEUS festinaret, Virtu-

tes Ducis, armorum studijs alias valde incitati, ad gubernacula Reipublicæ evehere, integratatis sue vestigia non pressa leviter ad exigui temporis prædicationem, sed fixa ad inmemoriam sempiternam in Pomerania relinquere, suarum duxit partium. Præter alia vero etiam illud sibi datum esse credebat, ut quo amore Parens Academiam Gryficam instauratam complexus erat, eodem quoque hanc foveret. Eum sane documentis certissimis demonstravit, dum primum Professorum salario austibus amplificavit maximis, Studioforum deinde indigentiam sublevaturus, tertiam in œconomia mensam, propriis sumtibus sustentandam, ordinavit, posthæc officinam Typographicam, auctore AUGUSTINO FERBERO constituendam, eximia sua liberalitate non parum promovit, & denique, quod est beneficii genus eminentissimum, ac nullis seculorum finibus terminandum, Academiam hancce Collegio munificentissime & elegantissime exstructo ornavit, cum Auditorium vetus eam faciem redderet, ut sibi ipsi tumulum pararet, primis quidem hujus operis condendi fundamentis anno MD XCI. die XXII. Junii positis. Sane tantis curis ac vigiliis Dux Serenissimus opus hocce premebat, ut animus ipsius in eo maturando non lassaretur, siquidem non solum ædificii hujus prima duxit lineamenta, ac formam modumque ejus demonstravit, sed & ipse saepius huc accesit, opificum industriam recognitus & exercitaturus. Ex insigni hac munificentia Collegium illud cognomen ERNESTO-LUDOVICIANI recte sumvit traxitque. Verum enim vero ultimam manum operi huic, anno MD XCVI. demum perficiendo, impositam non contigit videre Conditori munificentissimo, quippe cum illud molientem mors luctuosa anno MD XCII. occuparet. Ne tamen structura relinquetur imperfecta, in tabulis testamentariis sedulo cavebat, Musas insuper Gryphiswaldenses filio PHILIPPO JULIO his verbis commendans: *Der Universität zu Greifswalde beschieden und legten wir auch hiemit so viel Stein/Ralch/Holtz/Geld/ als zu Erbauung des jetzo neuen angefangenen Hauses von nôhten seyn wird;* Et post pauca quedam interjecta:

Gero

Ferner soll der junge Herr unser Sohn Kirchen- und Schulen-Dienst und dann die Universität zu Greifswald sich im Besten beföhren seyn lassen.

§. XXII.

Supremam hanc Principis voluntatem summa quoque animi religione executus est filius PHILIPPUS JULIUS, postquam ad Rempublicam tractandam accesserat. Defuncto nimurum Parente, PHILIPPUM JULIUM, ætatis immaturæ annos nonnum egressum, sua regebat auctoritate BOGUSLAUS XIII., cuius fidei postremis ERNESTI LUDOVICI precibus fuerat traditus ac commissus. Princeps hic literatissimus ipse existebat PHILIPPO JULIO aucto^r ad suscipiendam & ingrediendam studiorum rationem, lateri Ejus custode addito FRIDERICO GERSCHOVIO, (qui postmodum spartam Professoris Juris in hac Academia egregie ornabat, summum Juris scientia culmen consecutus,) ut juventis Principis animum optimis moribus ac disciplinis filuberrimis institueret. Cuncta quoque ex animi sententia fluebant, ut, si a lingua cognitione præclare hausta discesseris, ad morum doctrinam, Prudentiamque civilem, quibus a Pietate quidem nihil est utilis, nihil magis necessarium, ac maxime Historiam, omni mentis abriperetur impetu. Certe in Principe formando omne fert punctum Historia, dum ab eadem Moralis ac Civili doctrinæ capita, exemplis quippe illustranda, suum lumen sortiuntur: Hæc est Schola, quam omnes debent adire, qui tandem aliquando Rempublicam cupiunt capessere; conf. BOECLERI Disputatio, quæ hunc præfixum gerit titulum: *Historia Schola Principum*, nec non Liberi Baronis DE BARTHOLDI Philosophia Principis, Pedanismo opposita, Cap. IV. p. 169. Quæ cum ita sint constituta, recte Princeps noster ab ætate ineunte tempus suum Historiæ cognitione acquirendi transmittebat, lectionem COMINÆ ac LEUNCLAVII præ ceteris urgens: Id quod studiorum quondam Principis moderator F. GERSCHOVIUS in Oratione, quam in funere PHILIPPI JULII anno MDCXXV. Wolgasti recitavit, his reliquit

quit testatum verbis: *In primis PHILIPPUM COMINÆUM, autorem plu-
quem alium gravem; quique judicium suum de rebus semper maximis
libere interponit, atque ita lectorem non tantum mirifice delectat, sed
etiam docet atque instruit, nuncquam de manibus deponebat: Quem ad
minimum decies fere nulla ope adjutus mea, ex latina SLEIDANI ver-
sione in vernaculum sermonem transtulit, omnesque in eo Historias pru-
denterissimasque gnomas atque sententias familiares sibi reddidit: JUSTI-
LIPSIUS de Principatu Libros sex pene integras memoriter noverat. JO-
HANN. LEUNCLAVII Historiam Turcicam probe cognitam habebat. Do-
ctrinæ vero cultioris apparatus comparatus, ut Pomeraniae
magis prodeisset, uberioreisque fructus ad Rempublicam con-
serret, svasu BOGLSLAI XIII. impulsus consilium peregrina-
tionis in exterias terras instituendæ cepit, cui & anno M D CII.
commissus, faustis omnibus primum Lipsiam fuit delatus, ubi
multis honorum significationibus a Senatu Academico & ur-
bano receptus, aliquamdiu pedem fgebat. Cumque is præ-
sentia sua Academiæ Lipsiensi non exiguum conciliaret splen-
dorem, decrevit ipsi Magnificentissimi Reectoris munus, quod
& demissa mente oblatum sibi imponi fuit passus. Juvabit, hic
audivisse F. GERSCHOVUM, qui omnia hocce circa negotium
gesta verbis sequentibus (quorum benigne mihi concessit co-
piam Vir Clar. CHRIST. SCHÖTTGENIUS) in *Diario Itineris PHILIPPI JULII MS.* exposuit: Als J. G. G. wiederum ins Clo-
ster (zu Chemnitz) kommen/ [Lipsia enim ad Thermas Carolinas
excesserat, inque reditu Ipsi constituto Senatus Academicus
Lipsiensis literæ sunt exhibitæ] haben Sie Briefe vor sich gefun-
den/ so wol der Leipzischen Universität, als ihres Wirthes Waller
Schulzweins/ darinnen vormeldet/ daß die Academia J. G. G.
die dignitatem Reectoris, so ferne es Derselben nicht wiederlich/ in
Unterthänigkeit gerne aufzutragen wolle. Als nun J. G. G. nach ge-
haltenen Ratioe sich gnädiglich solches gefallen lassen/ haben sich auch
zu gebührlicher Zeit einstellen wollen. Und weil der 23. Aprilis, ist dies
Gregorii, hiezu depuraret/ eine starke Reise auf folgenden Tag vor-
genommen. Den 23. hat der alte Rector mit etlichen Professoribus
J. G. G. die Election unterthänig angezeigt/ den Rektorat aufgetra-
gen*

gen und die *Insignia* überreicht / auch zugleich einen *Pro - Rectorum*
D. ANDREAM HUMELIUM designaret / der *J. F. G.* alle Unlust behufs
 men solte. Darauf *J. F. G.* die Vornehmsten bey sich zur Tafel be-
 halten. Den 25. ist die ganze *Universität* vor *J. F. G.* *Logimente* eta-
 schien / und den neuen *Rectorum* gar *solemniter* in und aus der Kir-
 chen begleitet / darentgegen haben *J. F. G.* sich hinwieder gar gnädig-
 lich gegen die *Academia* erklärret / ein schönes neues Bareth und *Rector*
Nöcklein oder *Eponidem* von rochem Sampte machen / und auf dem
 Arm *J. F. G.* Nahmen und Titel / auf den Kragen einen Greiff von
 Perlen / Gold und Silber zierlich Stücke lassen. Den 28. ist wegen
 Eröffnung eines *Testaments*, so bey der *Academia* deponiret / *Constitu-*
rium gehalten worden / welchen *J. F. G.* presidiret / und mit Dero Ges-
 genwart so viel zuwege gebracht / das 200. Gulden der *Academien* zus-
 gewachsen. Den 19. May geschah die *Introductio novi Illustrissimi*
& Magnificissimi Rectoris mit solcher pompa und *solemnitä*, als neu-
 lich zu Leipzig keine gehalten worden. Denn nicht alleine die ganze
Universität mit allen ihren *membris* und zugehörigen / sondern auch
 der ganze Rath *J. F. G.* (welcher den gebrauchlichen *Rectoris* habi-
 tum angehan / den Sie selbst von guten Sampte versetzen las-
 sen) / in das gresse *Collegium* begleitet haben / daselbst zwö *Orationes*
 in commendationem *Illustrissimi Principis* gehalten worden: Eine von
 dem alten *Oratore MATTHÆO DRESSERO*, die andere von dem *Vice-*
Rector D. ANDREA HUMELIO, welche beide gedrucket. *J. F. G.*
 hat nach vollendeter Ceremonien die Herren allerseits bey sich behaltens
 und Fürstlich trattiret / auch ihrem Wirt Valzer Khülewein / wie dem
 auch *D. DRESSERUM* mit einem feinen Becher verehret / dem *Vice-*
Rectori Ihr conterfai geschchenet. Unter der Mahlzeit hat die *Uni-*
versität abermahl ein ansehnlich *presenti* eßlicher Kannen gutes Weines
J. F. G. offirret / und vor bescheinete Ehre sich unterthäniglich mit ei-
 ner Lateinischen *Oration* bedanket. Ita quidem *GERSCHOVIVS*. *LIPSSIA*
relicta. *GERMANIAM*, *GALLIAM*, *ANGLIAM*, *ITALIAMQUE* felicissimo
emersus fuit itinere, ita quidem, ut non saltem *Regias* aliasq;
Sereneissimas aulas frequentaret, sed & doctæ peregrinationis
fructus colligeret, *Viros* eruditionis fama maxime conspicuus
salutans ubique. Ita enim *Argentorati* *DIONYSIUM GODOFRE-*

DUM & MELCHIOREM JUNIUM, JULIUM PACIUM Monspelii, Geneva THEODORUM BEZAM, ac plures alios compellavit. Cum Aureliæ commoraretur, præcipuos Gentis Germanicæ, qui ibidem studiorum gratia degebant, colloqvio suo honorabat, eorum Bibliothecæ egregias simul largitus acceßiones, nomen quoque in studiosorum matricula, quam vocant, professus; quod quidem posterius, svadente BERNHARDO BUGENHAGIO, Mareschallo Provinciali, qui iter Ducis una cum ERASMO Kussovio dirigebat, Bononiæ recusavit ob inhumanitatis, imo crudelitatis exempla, quæ in quosdam Germanos injusta prorsus ratione fuerant edita. Pomeraniae redditus, benevolentia suæ rivulos Musis Gryphiswaldensibus nunquam clausit, eminentem eorum fortunam ut indies ulterius extolleret. Ita namque, ut dictis fidem addam, ratum esse iussit Privilegium illud, in quo tutor BOGISLAUS XIII., Professorum Vidua recreaturus, annum gratiæ concederat benignissime: Porro pro Academiæ salute, atque incolumitate Privilegiorum, quæ nunquam non invidiæ atque odii tempestatibus gravissimis fuerant exposita, præcipuo ac vehementiori pugnauit studio. Ut discentium animi literarum ardore magis ac magis incalescerent, compluribus Professorum extraordinariorum perfornam imposuit, qui etiam laborum suorum non contempnenda reportabant præmia: Quemadmodum etiam Doctorum ordinariorum operas gratiæ compensavit, salaria ipsorum validis augendo incrementis. Posthac ut Academia nostra sua luce clarius exsplendesceret, Actus publicos vel sua, vel Legatorum præsentia illustrabat cohonestabatque, &, ne quid decesset, anno MD CXXII. pallium Rectorale, arte auroque insigne, adjiciebat. Nefas esset, ingratu tegere silentio illa voluntatis propitiæ argumenta, ac Gratia pignora certissima, quibus tanquam nexus artissimo plurimos, qui in suum ac patriæ decus succrescebant, sibi obstrictos devotosque tenuit, postquam Munificentia suæ Principalis sumtus ad studia eorum, majori animo, ac successu feliciori promovenda, contulit. Tandem indulgentissimus ac piissimus hicce patriæ Pater Gentis Wol-

Wolgaſtanæ, vita ac beneficiorum fecit finem anno MD CXXV., cuius capiti ſacratiſſimo nobile ſertum, omnibus verborum ac ſententiariū floribus diſtinguitum, varii in-texuerunt, utpote F. GERSCHOVIUS, JOH. SLEKERUS, ac JOHAN. TRYGOPHORUS, Prof. Gryphiswaldenſis.

§. XXII.

Dehinc e lege promiſi ordo nos ducit ad celebranda Sereniffimorum Ducum Stetinensium in rem literariam me-rita auguſta, magnifica ac prorsus inſignia, quorum itidem commemoratio nullis intercidet ſeculis, quorum decus nulla filebit posteritas, nulla unquam obliterabit oblivio. Cum i-gitur BARNIMUS Senior anno MDLXXXIII. fatis ſuis concesſiſſet, fortuna proximo Agnato JOHANNI FRIDERICO, PHILIPPI I., Ducis Wolgaſtani filio natu maximo, paternæ ſane felicitatis heredi juxta ac propagatori, Ducatum adjiciebat Stetinensem; vid. §. XX. Postquam Iſ a primis annis, inq; Academia Gryphica, cuius etiam ſceptra ac fasces fuit mode-ratus, (vid. §. XVII.) rectum ad virtutes iter tenuerat, illudq; ad verae Pietatis ac Sapientiæ laudem & commendationem perduixerat, non poterat non in ſingulas Reipublicæ partes eſſe intentus, ac Pomeraniam ſat memorandis iuſtitiæ, pietati, & eruditioñis monumentis juvare, multaque pro Religio-niſ juxta ac Literarum cauſa gerere præclariflme, ſuo inde jure celestis doctrinæ repurgata defenſor ac propugnator a-cerrimus, eximius literarum fautor, iuſtitiæ obſervantiflmuſ, ac Pater patriæ dicendus. Cum in Aula versatus Cæſarea, MAXI-MILIANO II. multa ſuæ virtutis, (geſto quoque inter alia in-bello Hungarico Imperii vexillo) prudentiæ atque eruditio-nis dediſſet experimenta, Idem ipſi munus Præſidis Impera-tori in conuentu pacificatorio, anno MDLXX. Sedini cele-brato, fuſtinendum demandavit, dum una cum CAROLO IX., Rege Galliæ, SIGISMUNDO AUGUSTO, Poloniæ Rege, atque AUGUSTO, Electore Saxonico, tentabat animos ERICI XIV., Svedorum Regis, ac FRIDERICI II., Regis Da-niæ, ita armatos, inque bellum aſpernum, multorum fan-gvine

gvine redimendum, incensos flectere ad pacem; cuius etiam conditiones felicissimis auspiciis demum fuerunt conciliatae, vel ab invitis tamen eliciendae. Conferatur CRAMERUS *Lib. III.* p. 186., MICRAELIUS *Lib. III. p. 503.*, FRIDEBORNUS *Lib. II. p. 84.* Conventus hicce vel inde nobis hoc loco venit commemo randus, quod is famam insignis eruditonis, maxime Historicae, quam JOHANNES FRIDERICUS animo ita habebat conclusum, ut in ea nihil esset adeo reconditum, quod non ipsius cognitioni penitus patret, magis ac magis protulerit excitaveritque, postquam originem Gentis suæ Serenissimæ e sangvine profluxisse Gothicæ, in publico multorum Legatorum confessu strenue assertuerat, in capiendo certe celeberrimo illo Poloniae Historico MARTINO CROMERO, qui Polonorum cuiuscausam, a fententia hacce recedebat, acutissimus, quem & præterea oratio, verborum luminibus splendida, svis compositione, & majestate sublimis reddebat commendatissimum. Confuli hic omnino debet RANGO *L.c. p. 239.*, nec non *Biga Orationum Ducis Croyi ERNESTI BOGISLAI, a PALTHENIO anno 1707. e MSS. eruta.* Neque id commisit, ut elegantiam doctrinæ, qua omnium Principum Germaniae gloriam exce debat, ab eruditorum amore haberet sejunctam, in quos quippe vehementius ferebatur, adeo, ut eorum confuetudine, quam Latino alere sermonem amabat, expleri saturarique non posset. Idem porro amor aciores illi addebat stimulos ad beneficia in Pædagogium Stetinense elementissima manu ef fundenda, ac Bibliothecam in aula Ducali, cui optimæ nomine libros Theologicos atque Historicos inferebat, summo studio, curaque summa condendam, quæ quidem postmodum a Successorum munificentia egregias fuit nausta accessiones. Mensem si contuleris ad rem Pomeraniae sacram, JOHANNIS FRIDERICI in eandem merita florebunt vigebuntque pariter per omnium seculorum memoriam. Scilicet crypto-Calvianismi malum, quod eam circa etatem gravius Ecclesiam affligebat Saxoniam, obscurius serpens Pomeraniam etiam occupaverat, ingentesque dederat motus Sedini. At enim vero

vero Dux Serenissimus, sincero Religionis zelo impulsus, turbas illas felicissime compescet, Ecclesiamque Pomeranicam, variis coactis Synodis, ad sanitatem reducebat; vid. omnino CRAMERUS Lib. IV., MICRAELIUS Lib. III. p. 608. seqq., AMMON I. c. v & pre reliquis Dn. D. BALTHASAR in Dissertatione de Zelo Pomeranorum adversus Reformatos.

§. XXIV.

Postquam anno MDC. placida morte vitæ suæ exitum fuerat sortitus, Ducatus Stetinensis ad fratrem BARNIMUM transiit. Neque hic ornamenta literarum, quas in Academia Gryphiswaldensi ac Wittebergensi (quæ quidem posterior ipsum anno MDLXIV. Rectorem suum fuit venerata Magnificentissimum) egregie hauserat, neglexit, ac cum fratre ERNESTO LUDOVICO, ut uberiorem ingenii cultum in florentissimis Europe regnis ac provinciis acquireret, Germaniam, Angliam ac Galliam peragravit. Postquam vero in Pomeraniam remigraverat, BARNIMUS senior eundem in otii sui senilis solatium sumvit, cuius & lateri usque ad mortem, anno MDLXXIII. infecutam, quæque dulcissimum hocce distractit consorium, adhaesit. Ab hocce tempore, prout in divisionis fraternæ legibus fuerat caustum, sedem Rugenwaldi collocabat, resque sibi peculiares ibidem habebat, otio fruens svavissimo, beatissimoque, donec tandem anno MDC. imperii onus in humeros devolvi fuit passus, quo tamen mors anno MDCLIII. eum rursus exsolvit. Post reliquias ipsius mentis ac corporis virtutes, Pietatem puram & statuæ heroicæ majestatem laudatissimam, minime debet prætermitti, quod munificenter quoque in eos, qui literas impensius colebant, fuerit effusissimus, sollicita hinc cura incrementis Stetinensis Pædagogii amplificandis addictus. Has atque alias Principis hujus laudes DANIEL CRAMERUS in *Oratione*, anno 1603. funeri ipsius dicta, deprædicavit, nec non FRIDEBONIUS Lib. III. p. 13. seqq.

§. XXV.

Meritorum tamen in literas gloria longius eum superavit frater BOGISLAUS XIII. Bardo, quod eum haftenus tenuerat.

tenuerat, ad gubernacula Ducatus Stetinensis post BAR-NIMI excessum translatus. Quemadmodum Parens PHILIP-PUS I., quantum poterat, consiliis ac laboribus pro filiis suis recte formandis excubabat, vigilabatque: Ita etiam BO-GISLAUS XIII., ejusdem affectum expertus tenerrimum, studiorum gratia anno MDLVIII. Gryphiswaldiam ablegabatur. Cursum tamen eorum Parentis obitus turbabat, quippe qui ipsum Wolgastum retraxit, eidemque Reipublicæ communi cum fratribus gerendæ consilio imposuit necessitatem, ita quidem, ut iis abuentibus solus ejusdem molem sustineret. Suscepta postmodum divisione fraterna, insigne prorsus animi moderati monumentum relinquebat posteritati, dum sua sponte succedendi beneficium, quod natura privilegio ætatis ipsi indulserat, in fratrem ERNESTUM LUDOVICUM derivabat, otia gubernationis difficultatibus longe anteponens, nihilque querens, nihil appetens, nihil optans amplius, quam terræ Bardensis tractum, liberaliter vivendo facile sufficerum. Ut tamen non sibi soli natus esse videretur, multa in communis & Ecclesiæ & rei Literariorum usus proferebat: Ab omni enim abhorrens luxu, cuncta ad frugalitatis leges sapientissime attemperare, optime callebat. Omnes certe pietatis ac liberalitatis numeros adimplevit in officina Typographica anno MDLXXXII. Bardi adornata, religionis ac literarum cultum ulterius promoturus. Erat ea typorum elegantia ac nitore ita instructa, ut libros, qui ibidem sunt exscripti, ex officina quadam Belgica putares exiisse: E quibus præcipuum mercenatur commendationem *S. Biblia*, in Saxonia inferioris lingvam traducta: LUTHERI *Postilla*; quedam JACOBI RUNGII scripta; Nuscowens Lieffländische Chron.; JACOBI SEIDELII, Medici Gryphiswald., *Methodice Arbitridis & Podagra curationes*. Mitto plura alia scripta, utilitatibus Ecclesiæ, reique Scholasticæ evenhendis inservientia. Præter Pietatis ac literarum ornandarum studium mira habuit a natura ad Architecturam, artesque Mechanicas adjumenta, in quibus ad miraculum usque erat versatus: Imo eadem in animo ipsius fixerat posueratque amo-

amorem artis Chymicæ intensissimum, a quo invitatus, ad fontes rerum naturalium abditissimos descendebat, ac sagacissimo ingenii acumine absconditas earum vires perscrutabatur. Ut vero B.L. sentiat, qua mente, quove consilio secreta naturæ fuerit rimatus, pace ipsius verba DANIELIS CRAMERI ex Oratione, qua obitum Ducis Serenissimi fuit prosecutus, mea faciam: Singulari etiam amore ferebatur in artem Chymicam, non illam damnam, que ex plumbo aurum coctura, aurum potius decoquit & in plumbi cineres convertit, sed etiam, que rebus, sanitati hominum a natura inventis, intimam vim & animam quasi, igniculorum & folium subsidio exhaustit, inque usum confert humanum. Quibus honestis artibus agravoribus vacans, (BOGISLAUS XIII.) quando alii voluptatisbus corporis aut immoderate venationi indulgere solent, se oblectabat, recreabat, & haud leves sumptus, qui postea in usum salutarem pauperum, & eorum, qui subsidium valetudinis ex herbis querere cogebantur, cedebant, liberaliter conferebat. Taceo insigne illud beneficii genus, quo Academiam Gryphiswaldensem, cum tutorem PHILIPPI JULII ageret, sibi reddidit devotissimam, vid. §. XXII. Tandem supremus ille rerum humanarum arbiter, vite atque imperii ipsius terminum in anno MDCVI. constituit. Cum CRAMERO compares FRIDEBORNIUM Lib. III. p. 44.

§. XXVI.

E matrimonio fecundissimo quinque sublatos vidi filios, PHILIPPUM scilicet II., FRANCISCUM, BOGISLAUM XIV., GEORGIUM nec non ULRICUM, qui primum Bardi a Parente ad humanitatem sollicite ducti, tum in aliis Academias exculti ac limati, in peregrinationibus postremo ornamentiis instructi omnibus, in spem ac solatium Pomeraniae optima crescebant fide, ingentem de se se exspectationem commoventes. Ex iis ætas maturior in locum Parentis sufficit PHILIPPUM II., Dux omni laude nostra majorem, doctrina ac sapientia summum, quoq; nihil majus tunc temporis cuncta habuit Europa: Multiplex enim rerum maximarum scientia, qua fuit imbutus, in eam se se extulerat altitudinem, inq; eam latitudinem diffuderat, ut eadem omnes in sui raperet admiracionem,

nem. Prima ejus formandi cura JOACHIMO TOELMANNO, SIMONIS, J. U. D. & Consiliarii Augustani fratri, demandabatur, deducta deinceps in MARTINUM MARSTALERUM. Juvenis ejus animus tanta discendi cupiditate flagrabat, ut nulla quies, remissio nulla incensum ipsius studium potuerint extingvere, nec celerem & incitatum ad sapientiam cursum retardaverint; id quod insuper tanta mentis alacritas juvabat, ut in iis, quæ a Magistris monstrabantur, arripiendis industriam eorum præcurreret. Adolescens vero eximium ponebat decus in puri atque incorrupti Latini sermonis cultu ac nitore, quem etiam tanta expromebat facilitate, ut Musas ipsas Latine loqui crederes: Præcipuum tamen futuræ sue magnitudinis præsidium recte quærebat in Pietatis studiis, inque earum scientiarum cognitione, quibus instructus Rempublicam olim posset capessere, ex Historiarum insuper monumentis, quæ fædulo excussum, lumen iisdem afferre annis; vid. §. XXII. Quantos, & quam plane mirandos juvenis adhuc in veritate illa coelesti exploranda fecerit progressus, edocebit omnino Oratio ipsius Latina, typis publicis 1590. divulgata, de duarum Naturarum in Christo necessitate, quam tanta gravitate deduxit ad liquidum, ut ad summum Sapientiæ illius Divinæ culmen gratus esse merito reputetur. Notes omnino judicium illud, quod de hac tulit Oratione Serenissimus Princeps AUGUSTUS, Brunsvieensis & Luneburgensis Dux, quodque DANIEL CRAMERUS in Oratione, in obitum PHILIPPI II. dicta, sempiterne omnium memoria his verbis commendavat: *Simulacrum Rostochium veni, in Orationem quandam ab Illustrissimo Principe ac Domino, Domino PHILIPPO II. Duce Pomeranorum, cognato meo plurimum observando, de duarum in Mediatore Naturarum necessitate, eleganter & concinne elaboratam incidi, quam semel atque iterum perlegendo, ingenium istius Principis plane Divinum, & multiplici doctrina præclare ornatum admirari non desisti. Nullum quoque ætatis ipsius tempus a Philosophiæ dulcedine abhorruit, quam quippe omnem per vitam in amore ac deliciis habebat.*

Sane

Sane natura & fortuna in eo fingendo vires ostenderunt universas, dum profuse numeros elegantissimi ingenii, ad omnes artes ac scientias æque parati, in eum contulerunt: id quod vel inde efficitur manifestum, quod nulla Academia sublimis ipsius ingenii dotes capere potuerit, sola privata industria ad tam altum, tamque editum eruditionis culmen perduci, quamvis eum Rostochium ac Bardum per vices aliquando partirentur, ut amicitiam, in quam cum DAVIDE CHYTRÆO coiverat, eo sanctius custodiret. Dum vero inter alia canæ antiquitatis notitiam interiorem maxime ducebat sibi appetendam, iter in Italiam, e qua certissima rerum veterarum repetitur memoria, anno MD XCV. composuit. Miro igitur literarum harum amore captus, maximam temporis partem conquirendis antiquitatum monumentis ibidem consumxit, ac Romæ Bibliothecam Vaticanam sedulo excussum perverstigavit: Numismata aurea, argentea & ænea, quæ eximiæ erant raritatis ac caritatis, in Italia optimo consilio comparata in Pomeraniam invexit. Rei enim Nummaria cognitionem sive ad Historiam, Genealogiam, Geographiam, sive alia traduxeris studia, reperies, quæ laudabilia, jucunda atque utilia. Indicasse hic sufficiat Illustrissimi EZECHIELIS SPANHEMI elegansissimum Opus de Praefania & usu Numismatum. Vires etiam ingenii sui Serenissimus Dux PHILIPPUS II. sat feliciter in Nummo aureo ZENONIS, Græcæ Imperatoris, illustrando sicut periclitatus, eidemque lucem attulit in peculiari Commendatione, Hamburgi 1667. publicata, prout me edocuit Historia Numismatum novorum, in Parte I. des geöffneten Ritter-Waltes conspicienda. At revertor ad peregrinationem ipsius Italiam. Florentiæ in COSMI II., Magni Hetruriæ Ducis, propiorem amicitiæ locum admovebatur, quam & postea aliut literarum usu ac commercio. Venetiis divulganda eodem tempore JOHANNIS ANTONII MAGNI, Prof. Mathet. in Academia Bononiensi, Geographia animatum PHILIPPI II. exspectatione adeo suspensum tenebat, ut pedem hacce ex urbe ulterius nollet promovere, antequam typographorum ultimam experta

G

pertinaciam

perta esset manum: Tanta enim ejusdem secum asportandæ cupiditas in mentem sese insinuaverat. Reliquum, quod ipsi a rerum civilium cognitione vacuum suppeditebat, tempus consuetudini eruditorum consecrabat, qua vix poterat suum explere animum. Peragrato in Italia literarum & artium pellago, iter suum in Galliam, Angliam, Belgiumque instruere meditabatur: Ceterum mandatum Parentis BOGISLAI XIII. anno MD XCVII. eum in Pomeraniam, DEO lætiorem viam dante, reducebat. Inter alias animi Divini dotes quædam, eaque supra fidem humanam erecta, indeoles & natura ad Emblemata in PHILIPPO II. enituit, quæ etiam sponte & injusse ita ipsi fluxerunt, iis ut nihil sapientius, solertia nihil inventariatur. Eadem quoque peculiarem in librum congregata, in totius orbis literati lucem conspicuumque proferre moliebatur: Hanc vero facultatem varii casus, nimia scilicet occupationum aulicarum multitudo, valetudo adversa, cum qua si prius habuit conficitari, & alia, ipsi eripuerunt. Emblemata hæc veluti e naufragio servata, atque a MARTINO MARSTALLE-
GO, Consiliario Ducis intimo, clarius & evidentius enucleata, Parenctionibus Philippicis inferuit JURGA VALENTINUS WINTHE-
RUS, J. U. D. & PHILIPPI II. Consiliarius, eadem sequenti ornavit elogio: *Hic succinctus Emblematum liber est pretiosissimus
ingenii Philippici Thesaurus, Sappirus, Smaragdus, adamus quovis
precio pretiosior, quia inastimabilis.* Ex hoc, tanquam ungue Leo ge-
neroſus, cognosci potest, qualis PHILIPPUS II. genio, ingenio, piezate,
probitate, prudencia, & omni alia virtute preditus fuerit, & ita quem-
tibet sua commendet virtus, ne dicam Principem. Posthæc maximo
Artis Oratorie ducebatur studio, plurimum inde valens di-
cendi copia & gravitate: A primis enim suæ ætatis annis vi-
am ad Eloquentiam a Præceptoribus sibi aperiendam curabat,
habitisque singulas per hebdomades orationibus cum iisdem
certabat; quarum, ita quidem comparatarum, ut tela eloquen-
tia, solito firmata pondere, in legentium vel audientium pe-
ctora profundius detorquerent, sat amplius numerus in Biblio-
theca olim Ducali inter rariora cimelia fuit reconditus. Nec
cum

cum annis maturioribus Artis Oratoriae studia abjecit ardentissima, dum ipse labore ingenti, sumtibusque haud levioribus *Panegyricos* quosdam exquisitos, quibus Oratores excellentissimi funera summorum Seculi XVI. Heroum condecorarunt, sedulo conquisiuit, juris eosdem facturus publici, ne eorum rerum memoriam obrueret vetustas. Optimis vero hisce consiliis mors prema^tura, que PHILIPPUM II. occupabat, manum injiciebat. Qyoniam itaque operis collecti praestantia plurimis non parvum sui fecerat desiderium, jubente BOGISLAO XIV. operam suam porrigebat JACOBUS FABRICIUS, Ecclesiastes aulicus, illudque limae subiectum longe expositius ac perfectius reddebat, conversus ad sanandos Orationum locos, scribarum incuria depravatos, ordinemque aptiorem concinnandum. Hunc in modum opus formatum, ac V. tomis includendum, sequens in fronte gerere debebat nomen praefixum; *Hortulus Panegyricorum Exequiarium, virtutibus incomparabilium superioris Seculi (XVI.) Heroum, Imperatorum, Regum, Electorum, Principum, ut & nonnullorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, aliorumque magni nominis Virorum, sacer, ab Illusterrimo ac Serenissimo Pomeranorum Duce, PHILIPPO II. beatissime memoria quandam adornatus; nunc autem propter summam tum jucunditatem, tum utilitatem ab omnibus literaria rei cultoribus, presertim Historiarum Oratoriaque Studiois haud dubie percipiendam referatus, & in quinque sine aeras, sive tomos distinctus, opera JACOBI FABRICII.* Verum iniquitas fatorum huic pariter operi (cujus autographum intueri non ita pridem mihi contigit,) gloriam divulgationis publicae invidit, cum tenebris adhuc colluctanti, dignissimo sane, quod tandem aliquando repagula perfringet. Quemadmodum vero Serenissimus Dux ad literas juste hauriendas vehementius impotiusque ferebatur, adeo, ut iis voluptates vel prandii, vel coenæ condiret: Ita quoq; non minori sollicitabatur cura earum ulterius promovendarum; prout annales Pomeraniae plurima hujus rei documenta praebebunt investiganti. Primo enim Musas beneficiis sibi contrahebat cumulatissimis, ac Philosophos, Poetas, Oratores,

Mathematicos, Architectos, Pictores, Sculptores, aliosque artifices, qui ad famam tanti Principis in Pomeraniam, tanquam asylum tutissimum, confluebant, patrocinii sui radiis animabat, sovebat, collustrabat, aulam hinc suam adeo cultam instruens, ut Academiam adumbrare videretur. Quid? singularis ejus ac rara in tanto fastigio humanitas omnes ad eruditum admittebat colloquium, dum incredibiles ex eo ducebat voluptates, artes siquidem nunquam non in complexu, oculis atque auribus habens; vid. CRAMERUS Lib. IV. p. 159. Quae quidem efficiebant omnia, ut plurimi eruditii a nominis tanti fulgore scriptis suis, quae eidem sacra dicataque exhibebant, lucem quandam mutuare contenderent. Neque eventus eorum destituit exspectationem. PHILIPPUS enim II., aperto benignitatis fonte, rivulos suos exire fuit paillus, ac larga manus derivavit ipse. Possidet hodieque ejus liberalitatis ac clementiae pignus certissimum Academia Rostochiensis. Bibliothecæ namque recens ibidem conditæ fama commotus, HERBARIUM EICHSTADTIENSE, cuius pretium usque ad centum thaleros excrivit, anno MDCXV. Patribus Concilii per HENRICUM SCHELIUM, Legatum suum, offerebat, his verbis eidem propria inscriptis manu: PHILIPPUS, Dux Pomeranorum Herbarium hoc in sui memoriam contulit Bibliotheca Academica Rostochiana, mensa Septemb. anno 1615. Liber hicce cedro dignissimus, in arcula repositus est lignea, cuius pars interior panno viridis coloris est ornata, exterior vero Emblematibus, vel Pietatem in DEUM, vel patriæ, vel literarum amorem eloquentibus, est distincta. Anterior facies reddit Insignia Ducum Pomeraniae, verbis, qua PHILIPPO. II. erant solennia, condecorata: Philosophia, Christo & Republica, anno 1615.; inferius integer Duci subjectus est titulus: PHILIPPUS II. DEI gratia Dux Stettini, Pomerania, Cassubiorum & Vandalorum, Princeps Rugia, Comes Gutzkovie, & Terrarum Leoburgensem & Buovensem Dynasta. Debeo exhibitam haclenus arculte representationem Viri Cl. FRANCISCI ALBERTI EPINI Schediarmai de Rectoribus Academie Rostochianæ Magnificentissimis ar quo illustribus. Cum porro Bibliothecæ sunt

sint medium felicissimum literarum juvandarum, Bibliothecam quoque aulicam, cuius juxta §. XXIII. prima jecerat fundamenta JOHANNES FRIDERICUS, magis ac magis non quidem librorum multitidine, bonitate tamen eximia, praestantia ac selectu reddebat instructiorem. Faciem ejus his delineavit verbis CRAMERUS Lib. IV. p. 159.: Er hat auf dem Fürstlichen Hause ein sonderbahr Gemach eingenommen / dahin Er allerhand schone Bücher / die S. G. G. theil aus Italien mitgebracht / theil sonst in guter Anzahl gezeugen / zusammen gebracht / und leß dieselbe in richtige Ordnung bringen / auch nach Art des Herzogen von Urbin in Italia die Repositorya sein artig anrichten / und mit schönen Emblematibus ausbauen. Addatur FRIEBORNUS Lib. III. p. 20. Insignis hicce thesaurus post obitum BOGLISAI XIV. in æde B. MARIE recondebat, communi cum hac, anno MDCLXXVII. vi fulminatrice exercitus Brandenburgici prostrata atque afflita, deflagrationis casu sat deplorando defunctus. Cum cura Bibliothecæ adoranda connectebat Numismatum, rerumque aliarum ad antiquitatis studia comparatarum, vel novo ingenio inventarum, variorumque naturæ miraculorum, collectionem indefessam: Qvam egregie locupletavit Numismatibus & antiquitatibus MARQVARDI FREDERICI, Consiliarii Palatini, ære magno redemitis. Porro in curandis rebus Chymicis, metallicis atque herbariis nullis parcerat sumtibus. Ad salutem Pædagogii Stetinenfis amplificandam se totum & animo & corpore conferebat, in eo quam maxime desudans, ut optimis fulgeret Præceptoribus. Imo quando actus edebantur publici, sèpius a munera sui & negotiorum culmine ad Musas hujus Pædagogii sese submittebat. Perpetua denique gloria ex eo PHILIPPO II. fuit exorta, ut etiam ejus acerrimum salutis publicæ studium per omnem sese divulgaverit Pomeraniam, dum spartas ac laceras Historiae patriæ partes colligere ac jungere allaboravit, Nobilium suorum insignia maximis impensis curavit depingenda, atque auctore SILHARDO LUBINO, Professore Rostochiensi, imaginem totius Pomeraniae in tabula comprehensam protulit: In qua

quidem regionis situs, amnes, loci arboribus vestiti egregie depicti, ac civitates cum Insignibus Nobilium Pomeranicorum delineatae cernuntur. Idem quoque LUBINUS *Topographiam* composuit *Pomerania*, cui tamen haec tenus nondum licuit esse adeo felici, ut usura lucis publicæ fruatur. Tandem MÆCENATIS hujus, & literatæ reipublicæ Statoris Serenissimi fata nimis præcipitata, postquam Pomeraniam meritis, virtutibus Europam, orbem eruditio[n]is fama perstrinxerat, anno MD CXVIII. cunctorum & vultus & animos deicerunt, altisque plangoribus pectora impleverunt. De cetero res, ab eo præclare gestas, laudationibus honorarunt funebribus WINTHERUS, CRAMERUS, TRYGOPHORUS. Cum quibus jungas REUTZI *Iusta Philippica.*

S. XXVII.

Dolorem huncce mitigavit quodammodo FRANCISCUS, PHILIPPUM II. fratrem jure hereditario secutus, haec tenusq; Episcopatum Camminensem, jam quidem in fratrem ULRICUM translatum, moderatus. Quantum vero PHILIPPUS II. ornamenti capiebat & literis, tantum e contrario splendoris ac decoris FRANCISCUS attulit Pomeraniæ, cui quippe ita præfuit, ut omnibus, qui ejusdem imperium colere habebant, integritas ipsius esset gratissima acceptissimaque, dum longa consuetudine corruptos ac depravatos mores optime reformat & corrigebat. Licet enim Parens BOGISLAUS XIII. eum in parem educationis ac disciplinæ curam, atque erat PHILIPPUS II. recipieret, publicarum tamen rerum aliquando tractandarum amor animo ejus literarum studia debate colenda excutiebat: Quare aulæ patrui JOHANNIS FREDERICI, Ducis Stetinensis, tradiebatur, imperandi artibus imbuedus. Exemplis vero easdem adiutorum cursus per Germaniam, Hungariam, Italiam, Helvetiam, Galliam, Angliam, Scotiam, Belgium, & denique Daniam longius extulit. Fructus etiam amplissimi e prudentia ipsius singulari in Episcopatum Camminensem, ac Stetinensem Ducatum, in quibus & præ aliis Scholas inprimis fovit, promanarunt: Ceterum dum

dum maximi exspectabantur, arbor hæcce, ad omnium virtutum civilium laudes efflorescens, fatis immaturis anno MDCXX. recisa exaruit. Gloriæ suæ præconem FRANCISCUS natus est DANIELÉM BRUCKHÄUSUM, nec non DANIEL CRAMERUM. Post biennii decursum alter e fratribus ULRICUS, cui anno MDCXVIII. loco FRANCISCI Episcopatus deferebatur Camminensis, celerius, quam ætas morti nondum matura postularet, vite munus anno MDCXXII. implevit: Princeps certe literatissimus. Studiis enim liberalibus excultus, ususque Wolgasti contubernio PHILIPPI JULII, ac disciplina FRIDERICI GERSCHOVII, (vid. §. XXII.) ingenium ostendit lingvæ Latinæ in primis cupidissimum, cuius quoq; sincerum tum dicendo, tum scribendo genitum servavit. Svae hocce literarum commercium annus MDCII. dissolvit, quo fata PHILIPPUM JULIUM Lipsiam, ULRICUM vero Rostochium traxerunt, ita quidem, ut Parens BOGISLAUS XIII. hujus moderatorem esse voluerit WILHELMUM MARSTALERUM, hospitem vero MARTINUM CHEMNITUM, ICTUM illum famigeratissimum, ac postea Cancellarium Pomeraniae eminentissimum. Vix Musarum Rostochiensium fedem fuerat ingressus, cum Ipsi fasces Reipublicæ hujus Literarioræ faustissimo omni preferendi, per subsequens etiam semestre ex uranorum Patrum decreto continuandi, destinarentur. Quanta animi moderatione, gravitate & prudentia munus illud illustrissimum administraverit, multarum in eo, maximarumque impressa virtutum vestigia declarant, prout earum narrationes latius & uberioris explicavit Vir Cl. Dn. F. A. ÄPINUS loco in § XXVI. citato, p. 24. seqq. Semina vero luis pestiferalis, quæ haud obscure fœse prodebat, anno MDCLIII. filium studiorum ibidem abruperunt, quod tamen Stetini, ubi Parentis jussu secessum quæsiverat, ulterius contexuit. Defuncto Parente, vitam aulicam cum Academica anno MDCVII. rursus commutavit, fertileque suum ingenium, literis elegantioribus jam jam ornatum, gravioribus disciplinis erutriendum Academie Tbingensiæ, quæ ob Collegium suum illustre, a LU-

DO:

DOVICO, Duce Würtenbergico, conditum, Celsissimarum mentium altrix extitit indulgentissima, commisit, cura studiorum feliciter dirigendorum WILHELMO A WACHOLD demandata; vid. MICRAELIUS Lib. IV. p. 16. & 17. Tübinga sub incunabulis anni MDCIX. egressus, iter per Italiam, Galliam, Hispaniam, Angliam & Belgium confecit, fratre GEORGIO plurima per loca comite sibi adjuncto. Postquam vero fortuna ULRICUM, eruditionis Politicæ ubertate, cognitione lingvarum, doctrinæ amplitudine, ac fvatitate morum eminentem, patriæ rursus fecerat compotem, interjetis aliquot annis locum Præsulis Camminensis, quem facta abdicatione fecerat vacuum FRANCISCUS, occupavit, summa quoque cuim nominis gloria usque ad annum MDCCXII., qui ipsi erat emortualis, exornatum, ita quidem, ut nulla unquam in re ab officiis sui religione declinaverit; vid. omnino RANGO L. c. p. 125 Cum ULRICUS summo perfectissimæ eruditionis splendore eniteret, honestissimo certamine caritatis, qua viros literatos complebat, cum Antecessoribus suis Serenissimis certabat, inclinatione voluntatis propensissimæ eosque abruptus, ut in nonnullos etiam, qui ad honores adspirabant Academicos, largiter de suo sumptus impenderet. Qvod reliquum est, debitis ULRICUM pietatis, justitiae, eruditionisq; laudibus celebravit DANIEL CRAMERUS in *Oratione Panegyrica*, in obitum Principis hujus Celsissimi recitata,

§. XXVIII.

FRANCISCO & ULRICO, quos modo commemoravimus, ex hujus mortalitatis stacione evocatis, summi Numinis favor e validissima illa Gentis Pomeranicae radice, quæ stirpes generaverat plurimas, hunc circa temporis traetum reliquum adhuc fecerat BOGISLAUM XIV., imperio Ducatus Stetinensis præpositum, ac PHILIPPUM JULIUM, Ducem Wolgastanum. Hoc tamen anno MDCCXV. fatis suis succumbente, Ducatus Wolgastanus extinctus Stetinensi adjiciebatur, (vid. §. XXII.) indeque sub BOGISLAO XIV. omnis coalescebat tellus Pomeranica. Neque is infra frarum

erum & Antecessorum gloriam erat positus, dum exacta optimarum literarum peritia eosdem adæquavit, favoreque literatorum ac munificentia, quam certe omnium seculorum, quæ sequentur, homines eruditæ in ore ferent, & æternitatem, quam meretur, insinuabunt, longius excessit. Postquam scilicet virtutum ac saluberrimarum doctrinarum præcepta, quibus ætas tenerior est formanda, hauserat, & insita naturæ ac pectoris bene nati vis hacce institutione quodammodo fuerat adjuta atque erecta, vix prima juventutis spatha ingressus, magno cum scenore recipiebat, quæ in ingenium suum amœnum ac copiosum dederat doctrinarum semina. Maxime autem omnium animo inflammato, impetuque naturæ præmaturo ad lingvarum, Latinæ in primis ac Græcæ, cognitionem ducebatur; quas etiam non gradu, sed cursu urgebat, fruges ut proferret ubiores, cum vix florum aedeset exspectatio. Quanta mentis dulcedine ac svavitate lingvas hasce fuerit amplexus, pater vel inde, quod, teste MICRÆLIO in *Oratione funebri, in exequias BOGISLAI XIV. habita,* cum jam proiectioris esset ætatis, in honoris ac laudis vocaverit partes, ut puer æstiori ac mutuo vinculo lingvam utramque copulasset. Neq; intactum plane relinquebat Hispanicum, Gallicum & Italicum sermonem. Cumulatus deinceps anno MD CIV. & V. itineribus per Belgiam, Angliam, Galliam & Italiam institutis: Qvibus deinceps anno M DCVIII. & IX. perlustratioem aularum Germanicarum addebat. Postquam autem fata Gentem Serenissimam frequentioribus hastenus exhauserant funeribus, sœviendi finem faciebant tantisper in BOGISLAO XIV., qui literis, prudentia ac virtutibus eo, quem diximus, modo instructus, post FRANCISCI obitum negotia ac curam Pomeraniae anno MD CXIX. suscepit. Ducatus Wolgastanus anno MDCXXV. vix ipsius accesserat imperio, cum statim sub ejusdem auspiciis manifestam expromeret significationem, quo animo, quibusque studiis in Academiam inclinaret Gryphiswaldensem, siquidem anno MD CXXV. die III. Maii in oppido Wolgasto Ante-

H

teces-

tecessorum suorum donationes validas ac securas esse jubebat, officialibus insuper Hildenibus gravissimum injungens mandatum stipendiorum, quæ Professorum atque Oeconomia sustentationi dicata, juste ac tempore definito exfolvendorum. Anno MDCXXVI. die XXVIII. Julii prosperiori adhuc favore, imo perpetuo & inexplicabili voluntatis subjetissimæ vinculo Academiam hancce sibi addictam, deditam & obstrictam reddidit, donatione scilicet prædii *Grubenhagenis*, eidemque innexorum tunc temporis pagorum *Weidenhageni Subjov & Panſor*. Ceterum anno demum MDCXXXI., gratiose BOGISLAO XIV., munificentissimo Academiæ Patrono, consentiente, pedem in illud intulit, ac possessione firmavit: Erant enim varia, quæ occupationem in annum modo dictum rejiciebant, dum inter alia SOPHIAE HEDWIGÆ, Ducis ERNESTI LUDOVICII conjugi reliqtæ, frustus ex hoc prædio erant assignati. Ne tamen hacce emora detrimenti quid caperet Academia, BOGISLAUS XIV., quæ ipsius erat clementia, promittebat, jacturam proventuum, e *Grubenhageni* prædio percipiendorum, mille florenis augmenti loco singulos per annos refarcire. Mors autem SOPHIAE HEDWIGIÆ, quæ ipsi anno MDCXXXI. accedit, cuncta, quæ occupationem solemnum hactenus reddiderant impeditam, penitus removebat, atque Academiæ aditum ad eandem pandebat prouissimum. Qvae mentis religio tantis in rem literariam meritis, tam ineffibili clementiæ, benignitati illi incomparabili, incredibili huic & effusissimæ munificentiæ, poterit respondere? Hactenus quidem Musæ totius Pomeraniæ, ac Gryphiswaldenses sub umbra & lacertis indulgentissimi sui BOGISLAI XIV. molliter quieverant: Verum enim vero serenum hunc tranquillumque beatæ pacis statum evertebat bellum illud tricenarium, quod eam circa ætatem universam Germaniam horrendis conquassabat motibus, ac Pomeraniam, in quam anno MDCXXVII. omnem effuderat furorem impetumque, ruinæ suæ involvebat. Qvocunq; enim illud belli fulmen pervaserat, nil nisi vastitatem ac paue-

pauperiem faciebat. Non attinet, acerbam refricare memoriam durissimarum atque asperrimarum illarum injuriarum, vexationum ac tribulationum, quibus per triennium milites Cæsarei Pomeraniam miserum in modum affecerunt, urserunt ac lacerarunt, cum libellus, dreyährige Pommersche Drang-sal dictus, auctoritateque Ducis BOGISLAI XIV. latine & germanice divulgatus, tristem Pomeraniae faciem, quæ etiam rupes & petras in lacrymas solveret, plenius repræsentaverit. Nec fati hujus funestissimi expers erat Academia Gryphiswaldensis, vel inde gravius excruciata, quod bona, quæ hactenus in eam redundaverant, inflictorum malorum amaritudine desiderium suum duplicarent. Immanis hujus belli vis literarum porro cultum dejiciebat ac prosternebat, Musas proturbabant in exilium, mensamque, quæ vocatur, communem dissipabat, ob Præfecturam *Hildensem*, e cuius proventibus eadem erat instruenda, ab hostibus eversam ac tantum non excisam. Quamvis vero optimum Ducem anceps malum, facultatesq; arctiores premerent ob Pomeraniam belli impetu perculsam, gloriam tamen literarum in mediis belli tempestatibus eretiam servaturus, fessis Academiæ valde laborantis rebus, quantum in ipsius situm erat viribus, succurrebat, ut ultimas a Professoribus, salariorum inopia aggravatis, amoliretur ac repeleret necessitates. Postquam vero fata Heroëm illum memoriarum glorioſissimæ GUSTAVUM ADOLPHUM, Sveciæ Regem, excitaverant, ut ad Germaniam fractam restituendam ac defendendam veniret, Pomeraniaque, copiis Cæsareis omnium primo ex eadem ejectis, refoveret, BOGISLAUS XIV. anno MDXXXII., Ordinibus provincialibus in consilium adhibitis, secum iniit rationes, quomodo Academia Gryphica fere demersa, quæque hinc querelas duxerat gravissimas, & opem rebus dubiis ferendam sepius a Duce efflagitaverat, esset efferenda, ac vires ejusdem labantes perditeq; possent corrigi. Tandem autem BOGISLAUS XIV., dum Consiliarii Provinciales Academiæ causam strenuo tuiti, verba pro ejus salute fecerant amplissima, memorabili omne in

æcum exemplo die XVIII. Octobris (qui mensis candidissimo certe & ob fundationis, & dotationis beneficium signandus est calculo) decrevit, Academæ robur ac præsidium largiri, indeque Præfecturam *Hildensem*, tanquam æternum patrimonium, offerre. Qvod consilium non ratione prudentius, quam eventu felicius erat. Dedit igitur Academæ Gryphiswaldensi tabulas largissimæ donationis, quibus Præfecturam *Hildensem*, rebus olim sacris addictam, ad ejusdem usum plenissimum cum omnibus eo spectantibus pagis, *Neuendorff* ut-pote, *Kemitz*, *Kemitzerbagen*, *Diederichshagen*, *Kätenhagen*, *Friedrichshagen*, *Schönenvalde*, *Derschow*, *Ungnade*, *Lewenhagen*, *Hennienhagen*, *Leiste*, *Wampen*, *Neuenkirchen*, *Ladebode*, *Wyke*, *Hansbagen*, *Radelov*, & *Turov*, omniq[ue] cum jure & dominio, jurisdictione omnimoda, siquidem a Regalibus, quæ Princeps sibi foli reservavit, discesseris, transtulit, confecto Sedini eam in rem anno MDCXXXIV. die XXV. Februarii solenni Dotationis instrumento, quod ipsius Ducis fide, ad extreum Domini adventus diem duratura, manuque est configatum, ac subscriptione plurimorum, puta VOLKMAR WOLFFI, LIBERI BARONIS de PUTEUS, PAULI DAMIZ, WILHELMII KLEIST, DUBSLAV CHRISTOPH. EICHSTÆDII, CHRISTOPH. ZASTROW, ECCARDI USEDOMII, SYLVEST. BRAUNSCHWEIGHI, JOHAN. CHRISTOPH. SWALENBERG, ARNOLDI BOHLE, JOHAN. ZASTROW, MARCI EICHSTÆDII, GEORGII EICHSTÆDII, JOHANNIS HAGENMEISTERI, MATTHIAE KLEIST, FRIDERICI RUNGII, OTTONIS THUN, GERHARDI BÆHR, CHRISTIANI SCHWARTZII, NICOLAI PRÜTZE, JOACHIMI BRUMBEER, & aliorum, corroboratum. Die quoq[ue] XVIII. Martii *Hilde* Præfectura *Hildenſis* una cum Instrumento Dotationis a VOLCKM. WOLFFIO, Libero Barone de PUTEUS, Pro-Duce Wolgastano, CHRISTOPH. EICHSTÆDIO, Scholastico Camminensi, FRID. RUNGIO, Consiliario Ducis, & FRID. BOHLO, Archivario Ducali, præviis solennibus Academæ Professoribus tradebatur, quam Ducis clementiam submissa excipiebat Oratione FRID. GERSCHOVIUS, JCTUS & Syndicus Academæ. Qvibus peractis, rustici, qui e singulis Præfecturæ

pagis

pagis Hildam acceſſerant, juramenti religione, qua Duci obſtričti erant, ſoluti, in fidem atque obedientiam Academiam adigebantur. Qvas gratias hinc repones Nutricio tuo indulgentiſſimo BOGISLAO XIV. tu Academia Gryphica? Qui certe ut alterum AUGUSTUM ſeſe geffit. Viribus tuis ſtare non potuiffes, poſtquam Mars in Pomerania exiuit totis viribus graſſatus eſſe videbatur, niſi pietas BOGISLAI XIV. te publici hujus fati exemifet atrocitatib; Muſas tuas ſqualore deformatas e ſordibus in lucem reduxiſſet illuſtriorē, illisque in Praefectura Hildensi firmam, fixam, ac ſtabilem ſedem conſtituiſſet, ſanctiſſima obteſtatione muſitam, qua quippe eandem ad extreſum ſecui diem conſervandam poſteris ac Succelrorib; ſerio ac graviter commendavit. Hac re glorioſe geſta orbem admiratione impletivit, ſequiſe ipsum immortaliitate coronavit. Qvod tempus eſſet adeo ſocors, quo tantorum beneficiorum memoria ac fama moriatur? Haud interitorum igitur laudis ac mentis devotissimæ ipſi conſecrabit monumentum Academia Gryphica. Sed quæ tanta potest exiſtere ubertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod tam divinum & incredibile genus orationis, quo quisquam poſſet inſignia haecce merita orando complecti? Qvod igitur fermone non valet Academia, animo atque intimo obſequii & ſubjectionis affectu compenſabit, quæ tot nominib; tot beneficiorum nexibus BOGISLAO ſuo Gratiosiſſimo devinctam omnino ſeſe profi-
 tetur. Sunt vota concipienda calidiſſima, ut munificentia hujs fructus non noſtra tantum, ſed & ſecula inſecutura uberioris colligant. Nec ſola Academia Gryphiswaldenſis ani-
 mi gratiſſimi ſignificatione ſumma ſuam obſervantiam, ar-
 densque pietatis ſtudium, quo in BOGISLAU M XIV. du-
 citur, cupit teſtari: Integer etiam Muſarum Pomeranicarum
 chorus in felicitatis illius, qua ab eo diſcipliſſimi iſtis ac for-
 midolofis Pomerania temporibus fuerunt recreatae, aeternas
 affurget deprædicationes. Dum namque ipſe doſtrina fuic
 excellentiſſimus, exemplum etiam comitatis rarifimum in

eruditos, qui eum totum habebant, tenebant ac possidebant, edidit: Unde & semper vivebat in studiis, & a literarum commercio, quod cum ævi sui viris eruditis Græce Latineq; aluit, summam animi petebat delectationem. Quemadmodum igitur BOGISLAUS XIV. Antecessorum suorum Serenissimorum gloriam ac merita in rem Literariam consummavit: Ita etiam supremi Numinis voluntate sic dirigente, celsissimam hancce Gentem, quæ antiquitate generis, ac rerum gestarum magnitudine collustrata per D. Seculorum seriem continuam Pomeraniæ fata arbitrio suo dispensaverat, anno MDCXXXVII. die X. Martii absolvit terminavitq;. Exsequias ejus solennes, quæ demum anno MDCLIV. parabantur, deflevit JOHAN. MICRAELIUS, JOHAN. MICHAELIS, ac BENEDICTUS BAHRIUS,

§. XXIX.

Leges denique grati ac venerabundi animi vetant, hoc loco præterire memoriam atque observantiam ERNESTI BOGISLAI, Serenissimi Ducis Croyi, quem ex ANNA Sorore nepotem vidit superstitem BOGISLAUS XIV., ob eminentissima in rem Literariam & Academiam Gryphiswaldensem merita. Postquam eidem ætate adhuc immaturo dulcissimum Parentis præsidium fuerat ereptum, Celsissima Princeps ANNA, in qua omnium virtutum splendidiſſima refulgebat imago, in eum rite educandum, mores juste formandos, ingeniumque literis instruendum, tota totaque incumbebat. Natalium igitur splendori literarum lucem adiiciens, brevibus in jd fastigii enitebatur, ut anno MDCXXXIV. Academiam Gryphicam sua præsentia, ac munere Rectoris Magnificentissimi redderet illustriorem. Qvam suam divinam indolem postea peregrinationibus, usu & exercitatione magis ac magis subegit firmavitque. Nimis a scopo effem aberratus, si præsenti Commentationi cunctas ejus vitæ rationes vellem inserere. Sunt tamen duo, quæ locum omnino hic sibi postulant, puta pietas, qua beatissimos Matris suæ ANNÆ

ANNAE manes venerabatur, atque egregia illa ac principalis munificentia, qua Academiam Gryphicam ornavit pariter ac coluit. Illa scilicet ipsi injungebat, ut quovis recurrente decennio, Academiam hanc perpetuum ejus nominis, memoriae ac laudum eligeret domicilium, quæ & suum officium jam quinta vice, qua decet religione, explevit: Ne vero sacri hujus ritus solennitati quid deeflet, constituit, ut singulis per decennia centum imperiales a Magistratu inclytæ urbis Sundensis solvendi, Academiae usibus essent paratissimi, promiscissimi. Neque hic substituit Principis munificentissimi studium in Academiam: Accessit postmodum e legato ipsius pars quædam hereditatis maternæ selectior, torques nimurum & annulus aureus, aulæ affabre acu picta, nec non Bekändnis und Lehre der Kirchen in Pommern. Eorum tamen post modum diuturniorem, ab Aula Prussica anno demum M DCCVII. Academie concessa est facultas, postquam illustrissimus Dn. JOHANNES ROSENHANE, cui tunc temporis persona Legati Svedici in aula ista fuerat imposita, omnes vires ad negotium hocce curandum gratiose converterat.

§. XXX.

Et hæc quidem pro præsenti rerum copia de meritis Ducum Pomeraniæ in rem literariam sufficient. Faxit ille sapientiae fons inexhaustus, jubear ille omnis benignitatis auctor, ut Academia nostra, aliæque Scholæ illustriores, quas Duces Pomeraniæ condiderunt, validissimo muniantur præsidio, incrementis augeantur invidendis, ac demum lata omnium rerum abundantia, studiis cum pietate junctis, inconcusa felicitate ac perenni tranquillitate in Reipublicæ decus, Ecclesiæque emolumentum florent, vigeant, crescant! Est enim hic omnium Academiarum ac Scholarum

FINIS.

COROL.

COROLLARIA,

que
Jus Principis circa studia complectuntur.

I.

Schola & Academiz sunt niles & summe necessariae, quippe cum Rerum publicarum decus, fulcrum ac praesidium firmissimum sustineant. Unde Principes sollicitam, indefessam ac prudentem carum gerere debent curam.

II.

Ordinare debent Principes, ut literarum studia recte & religiose instituantur. Quare eorum cultores eo sunt adiungendi, ut eligant, qui rationem ac modum studiorum prescribant, dirigant, moderentur. Sunt dannata manifesta, qua resultant e perverba eorum ratione. Medela inde erit expectanda, utne quis temere ad superiores, quas vocant, Facultates proruat sine literarum humaniorum ac Philosophiae praesidio.

III.

Constitutio hodiernarum scholarum ad presentem studiorum faciem est attemperanda.

IV.

Restringenda ac finibus artioribus est includenda multitudo eorum, qui literis sece consecrant, cavendumque, ne quis temere ad sacra haec, prout vulgo sit, provoler. Ingeniorum habendus erit selectus, atque eorum scrutinium publica auctoritate est injungendum. Illustri in loco hic positum est exemplum Regis Angliae GEORGII, ad quod sece alii componant Principes.

V.

Academia scientiarum mirum in modum valent promovere literarum studia. Patet inde, quenam hic sece exercent officii partes intuui Principum.

VI.

Recte Princeps & sua republica eliminat libros, religioni, bonis moribus, ac stœci civitatis noxiis, quo & referas maximam partem fabularum Romanensium, nec non carmina obscena. Commandanda hinc est censura librorum publica.

VII.

Combustio librorum publica desiderium magis accedit, quam extinguit.

VIII.

Libertas philosophandi, quam multi prætendent, non est in infinitum extendenda: Habet enim suos limites. Provideant igitur Principes, ne doctrinarum feminæ, quæ in religionis, reipublicæ ac morum derrimentum possunt efflorescere, spargantur. Libertas huic relinquendus est locus iis in rebus quæ salvæ religione, ac salute reipublicæ possunt affirmari, aut negari.

ULB Halle
003 615 200


3



5b,

KD77





1638

DE SERENISSIMORUM
DUCUM POMERA-
NIÆ MERITIS
IN REM LITERARIAM
DISSERENT
PRÆSES
ANDREAS WESTPHAL,
PROF. PHIL. ORD.,
^{ET}
AUGUSTINUS BALTHASAR,
GRYPHISWALDENSI,
ANNO MDCCXXIII. DIE X. MARTII,
BOGISLAI XIV.,
MUNIFICENTISSIMI ACADEMIÆ GRYPHI-
CÆ PATRONI,
QUI
ANNO MDCXXXVII.
DIE,
QVM DIXIMUS,
VITAM AC FAMILIAM CLAUSIT,
RELIQVORUMQUE
ANTECESSORUM GLORIOSISSIMORUM
MEMORIAM
PIA, DEVOTA AC VENERABUNDA
MENTE
INSTAURATURI.

